sunt circa examinatum testium. videlicet quod
sit prudens. expertus. diligens. et attentus. si-
delis. et cautus. prudenter et discrete attende-
do verba qualitatem et vultum ipsius testis****

Forma cōmissionis

Quedā circa ip̄os testes. vici an sint inimi-
ci vel infames. Et quedam circa dicta testiū
vici an deponētis causam reddāt. **zē.** Do-
nut. **Suil.** in spe. in u. de testi. §. nūc tractādū.
in v. v. aut̄ h̄ pleni. **Debet** ergo examinātor
iudex vel cōmissari⁹ attendere an testis vacil-
lat vel titubat. seu cū trepidatōe vel incōstā-
tia loquat̄. **Et** si vacillat debet hoc scribi in
actib⁹ p̄ tabelliones. **Sed** an tabellio debeat
hoc scribere ad p̄ceptum iudicis examinan-
tis. etiā si tabellio nihil de titubatōe vel va-
cillatione perpendat. no. de p̄ba. quoniam
contra. **z** in spe. de testi. §. nūc tractandū.
v. considerare debz. **z** sequenti. **Et** dicit̄ ibi q̄
sic triplici ratione. **Prima** q̄a iudex habz au-
toritatem in recipiēdo **z** examinādo testes.
sed tabellio solum in scribendo. **Secūda** q̄a
iudex superior est vnde sibi magis est credē-
dū. **Tertia** q̄a tabellio int̄er⁹ circa sepiurā
nō potest ita attendere circa variatōez testi-
um. **z** titubatōnē pallidorem vel mutatōnem
faciei ip̄i⁹ testis sicut iudex. q̄ semp̄ pot̄ ocu-
los ad testem habere. ideo sibi magis est cre-
dendū. **Potest** tamen tabellio saluando cō-
scientiam sic scribere hoc casu. **Et** iudex mihi
tabellioni sic dixit vt scriberem q̄ testis vacil-
labat. sed scriptura esset efficacior si adderet
tabellio. et sic michi videbat̄ q̄ vacillaret dū-
modo rei veritas sic se habebat. **Debet** etiā
q̄ntum possunt euz veritate exp̄mere. scilicet
vacillatōis modū. sicut testis vacillādo siue
tremendo l̄ trepidando l̄ sudādo p̄ nimio ti-
more loquebat̄. vel pallidus efficiebat̄. v̄l bu-
iusmodi. **Et** debet hoc scribere teste recedēte
vel ignorante in cōtinenti. **Tamen** ex quo te-
stis audiuit. nisi iudex vellet possit testem ex
hoc punire. d̄ q̄ no. in alle. c. quoniam p̄ira.
de p̄ba. p̄ Inno. et Ostien. et in spe. v. proxi-
o alle. supra. **Postq̄** aut̄ testes recepti sunt et
examinati. si hoc factum est per alium ex cō-
missione iudicis. ip̄se redactis attestatiōni-
bus in scriptis ip̄sas attestatiōnes cum arti-
culis et interrogatorijs ac alijs corāz eo sup̄
hacis iudici remittat sic scribendo.

**Forma cōmissionis examinatio-
nis testiū.**

Honorabili viro domino. R. iudici vel

officiali. **zē.** **Salutem** in domino. et manda-
tum vestrum iniunctuz prono suscipiendo
et exequendo affectu. testes quos talis i can-
sa tali corā me p̄ducere voluit. vel testes mi-
hi p̄ talē noiātos citavi. **z** ab eis p̄ talē actorē
l̄ ei⁹ p̄cu. in presentia talis rei vel talis ipsius
procuratoris. vel in penam contumacie rei
per me ad hoc citati et nō comparens pro-
ductis. iuramentū iuxta morem quod ip̄si
omēs **z** singuli tactis sanctis euangelijs pre-
stiterunt recepi. **Ip̄sōz** super articulis ac-
toris **z** h̄m interrogatorijs ip̄s⁹ rei mihi trās-
missa cum diligentia qua potui examinare
curavi. **Quoz** deponētiones per tales nota-
rium publicū in scriptis redactis sub sigilli
mei impressione inclusas. vna cum articu-
lis. interrogatorijs. cuationib⁹. pro testatio-
nibus. testium iuramentis. et alijs corā me
in negotio h̄mōi actus. factis. **z** productis. p̄
latozem presentū quem ad hoc de vtriusq̄
partis consensu tanq̄ idoneū **z** fidelez durū
assumendū vobis remitto. **z** siquādo addit̄
ista clausula. **Et** partibus talem terminum
in quo se coram vobis representare per se v̄l
procuratorē teneant assignavi. **Et** in forma
dicit̄ de testiū iuramentis. ideo posui. q̄a iu-
ramenta h̄mōi sunt in actu. scribenda. vt ra-
cum est supra. **Unde** non sufficeret poni in
attestatiōnib⁹ sic. talis testis iurat⁹ dixit. **zē.**
q̄a assertio ista seu narratio est de p̄terito. nō
p̄eam apparet de p̄sentia iudicis vel partis
contra quam nec dies p̄stini iuramenti. de
quib⁹ omnib⁹ constare debet. de testi. c. ij. de
p̄ba. quoniam p̄ira. **Ita** dicit̄ Jo. an. i. addi.
spe. de testi. §. sequit̄. **Si** in scriptū inuenitur
in actis testiū coram iudice iurasse partibus
presentib⁹. bene p̄sumit̄ iurasse vt debuit. scz
cum tactura euangeliōz. vt etiaz dixi supra.
Et plene p̄ Jo. an. in loco alle. **Et** debet testis
recipi **z** venire expensis producentis. vt in. c.
statutum. §. penul. de rescrip. l. vi. **Hec** pars
alia pro eo q̄ dat interrogatorijs tenet aliq̄d
ad expensas testium ministrare anteq̄z iter
arripiat pro eundo. **zē.** **Et** quō non habetur
ratio illarū expensarū quas testis domi fa-
cturus erat. et quō soluet etiam expēsas pro-
ductura equoz si conditio p̄sone testis hoc

De publicatione attestacionum

Requirat etiam si testis proprium equum duceret. tractat Jo. an. in addi. spe. de teste. in. §. q. liter. **U**rum aut valeat depositio testis facta post terminum datum ad producendum et ad recipiendum testes seu probandum no. in spe. §. proxi. alle. v. **I**s quoque cui. **E**ri late p. Jo. an. in addi. cui finaliter placet distinctio **H**uius ibi posita in primo et secundo membro. saluo eo quod not. in spe. de dila. §. j. v. illud quoque in fine.

De publicatione attestacionum post dilationes habitas.

Postquam hic producti et examinati sunt testes si hoc factum est in prima dilatione. et sufficiens est facta productio. procedet ad publicationem attestacionum. **S**i non est sufficiens et producens petat secundam vel tertiam dilationem **S**upra causa subest. dabitur cum cause cogniti non et secunda vel tertia. ut supra dictum est **E**t no. de dila. c. ij. de testi. in causis. cum filiis. **Q**uarta dilatio non dabitur nisi cum quadam solennitate legali. **D**e quorum qualis sit illa solennitas. habetur in. c. ultra tertia. de testi. et ibi plene. **T**estibus sic productis et examinatis partes renunciant testium productioni et postulanti attestaciones publicari. vel saltem partes producens id petit. **J**udex ergo volens attestaciones publicare vocabit partes. quia eis absentibus et non vocatis non debet aperire. de re iudi. cum iura. et maxime vocare debet illorum contra quem sunt producti. ut si velit possit aliquid in apertione prestari partibus sic vocatis et presentibus. **U**t altera per contumaciam absente procedit iudex ad publicationem isto modo. quia precepit notario quod legat coram se et partibus publice in iudicio dicta testium vel ipemet legat. et si sunt multe vel plures. sufficit lege vna pro omnibus. **Q**uo facto iudex dicit. **I**ste sunt attestaciones in tali causa habeatis eas per publicatis. vel ea per publicato. de qua in spe. de teste. §. satis vtiliter. in pn. **D**icit autem ibi Jo. an. in addi. de facto servari quod legitur aliquid de vna attestacione in pn. et de vna in pgressu. et de vna in fi. **S**atis tamen est iudicem pronunciare istas per publicatis haberi. et ita communiter istis partibus servari. **E**t omnia ista per tabelliones redigunt in actis hoc modo.

Forma actuum in actis signandorum

Anno. die. mense. etc. **T**alis actor vel talis ipsi procurator ex vna. et talis reus vel talis ipsi procurator parte ex altera ad publicandum et publicari videndum et ad audiendum dicta testium pro parte dicti actoris productis citati comparuerunt coram predicto domino iudice sedente per tribunali et testibus productis renunciarunt. ac dicta testium prebitoy publicari consenserunt et expresse postularunt ac ipsarum copiam sibi fieri et decerni attestaciones huiusmodi petierunt. **P**redictus autem reus terminum ad dicendum contra personas et dicta testium competentem sibi petijt assignari. **P**redictus ergo dominus iudex attestaciones huiusmodi per partem talem ipsarum attestacionum publice coram se legere fecit. **Q**uo facto ipsas attestaciones voluit et fecit pronuciari. et pro apertis et publicatis haberi. et copias de ipsis partibus vel earum procuratoribus hoc petentibus fieri et dari decrevit. **E**t tali reo vel eius procuratori tale diem ad dicendum et obijciendum in personas vel ad dicta testium pro termino assignavit. **E**t sic breviter.

Consimilis forma.

Lecte et publicate sunt he attestaciones in presentia partium vel earum procuratorum presentium et publicationem fieri petentium. vel in presentia talis actoris seu sui procuratoris publicationem fieri postulantis in penam contumacie talis rei ad hoc citati et minime comparuit. **A**nno tali. die tali. etc. **E**xcipietur contra dicta et personas testium. etc. **I**n renunciatione tamen habeat cautela. scilicet quod si renunciatio solus productioni testium non probationi in genere. quia tunc non possent produci instrumenta. que alias produci possunt usque ad conclusionem cause. de fi. instru. cum dilectus filius. **I**tem quod vna partium non renunciet. nisi et alia renunciet. de qua in spe. de teste. §. vlti. v. **I**tem notandum. et v. si. per abbatem. de testi. in. c. de testi. quia alia pars que non renunciasset posset producere testes ante publicationem. **E**t talis renunciatio adimit facultatem producendi testes alteri parti sup eodem articulo. de quo plene in. c. cum venisset. de testi.

Reprobatio testium

Quid agendum sit pro reprobatione testium post publicationem attestatorum.

Attestatoribus publicatis solet super eis disputari. ut est in ca. in causis. de testi. Testes etiam quicquid consueverunt reprobari. et an liceat vel an post publicationem habeat in c. pntiu. de testi. li. vi. Impugnari autem ut etiam alii dicitur probationes facte per testes ratione personarum. et etiam ratione dictionum ipsorum testium. Videamus de prima. ratione personarum repellunt testes seu reprobanter aliqui propter crimine. aliqui propter suspiciones. quicquid propter defectum. Propter crimine. ut quod est latro. fur. raptor. piur. infamis. vel alii criminosi. de testi. testimonium. et c. sic nob. cum similibus. Et si propter suspensionem. ut quod est pater. sanguineus. vel socius. vel familiaris. affinis. coniunx. vasallus. liberus. venditor. fideiussores etiam qui est perducitur. De quibus. q. iij. q. iij. §. Item testium. de testi. in sup. et c. cum nunciis. et c. in literis. Et plene in spe. de teste. §. i. Propter defectum potest poni exemplum de impubere. de quibus in spe. de teste. §. i. §. Tres excipiuntur. quod est impubes vel furiosus vel iudeus de testi. iudei. et c. licet. Et generaliter requiruntur in testibus septem. quibus visibus continentur. Condicio. sexus. etas. discretio. fama. Et fortuna. fides. in testibus ista requiruntur. Illos visibus ponit glo. in ca. ij. de testi. in glo. ij. et ibi super glo. Ad singula ista dantur concordantie. Iudex ergo facta publicatione assignabit terminum infra quem recipiantur copia attestatorum. quod copia facere tenent iudex. de probatione. quoniam contra. Et originalia debet iudex vel tabellio apud se retinere. ut ibi notatur. Beinde habita copia attestatorum per partes iudex dabit alium terminum reo infra quem testes si potest repellat. Et post istum terminum non audiet. de probatione. licet. de quibus etiam in spe. de teste. §. penult. Quicquid tamen ante publicationem attestatorum testes reprobanter et repellunt. de quibus videtur an exceptio contra testes proponi debeat et probari ante publicationem attestatorum. vel an post fieri possit magna est diversitas inter doctores. et diuersae sunt opiniones. Tenent tamen communiter quod exceptio legitima quae opponitur contra testes spem a principio sit recipienda siue facienda. Et iudex non recipiendo grauaret partem. et sic locus esset appellatori. Sed recipere statim probatio

nes suprali exceptione. vel hoc differre post publicationem est in arbitrio iudicis. Ab isto excipiuntur tres casus. de quibus in c. ex parte ade. de testi. in glo. bmo. et super ea. Et iudex in talibus arbitrariis debet aduerte ad plura. ut delictum an illud de quo excipitur habeat eandem equitatem cum predictis casibus exceptis. ut sic ex eadem equitate probationes prius recipiat. Item an sit publicum quod excipitur. Item an habeat probationes. Item an sit presumptio contra accipientem quod faciat hoc causa differendi et sim. huiusmodi. et alias diuersas circumstantias facti videbit iudex an expediat prius recipere testes reprobatores vel non. In dubio tamen differatur reprobatio. de quo plene in ca. ex parte. supra alle. et ibi per Joban. an. super predicta glo. Et ita est in arbitrio rei opponere exceptionem contra testes a principio. vel illam differre in tempus disputationum dummodo de hoc ante protestetur iuxta dispositionem. c. presentium. de testi. Sed in arbitrio iudicis regulariter est probationes super bmo. exceptiones statim recipere. et ipsas discutere aut in tempus predictum differre dummodo attentis facti circumstantiis bene arbitratum. ut dictum est. Et debet regulariter. quod in tribus casibus probationes statim admittuntur ut supra patet. Et si ad probationem testium reprobatorum inducuntur testes reprobatores. et isti testes reprobatores possunt per alios testes reprobari. sed ulterius non admittantur reprobatio. ut est casus in ca. licet. iij. de testi. De hoc dantur versus. In testem testis et ibi hunc sed non datur ultro. Et in exceptione contra testes quando reprobanter preteritum criminis. debet fieri specificatio criminis contra personam cuiuslibet testis. ut in c. presentium. de testi. li. vi. Exceptio tamen bene recipitur sine tali specificatione. et tunc debet fieri specificatio ante testium receptionem. ut ibi notatur super glo. notabili. De qua autem specificatione intelligatur. non ibidem in glo. non esse. et supra.

Forma vero exceptionis contra testes et personas testium erit ista. excipiendo contra testes per talem productos.

Forma exceptionis

Coram vobis honorabili dño iudice. zc.
In causa q̄ inter eundē actorē ex vna et talē
reum parte ex altera sup tali re vlt debito ver
tit. pcurator pcuratorio noie predicti. **A**. rei
pponit. z dicit q̄ testes bmoī ad testimoniū
coīra ipm reum nō sunt admittēdi. s; a testi
ficandi officio seu actu excludendi z repellē
di. vel dicit q̄ testes tales. **A. B. C.** Intra ordi
nem vel numerū testiu; admittendi nō sunt
vel cōputandi nec eis nec eoz dicitis dari de
bet fides vel adhiberi. nec dicta eozū in aliq̄
sunt sequēda. sed tanq̄ morbosa z infecta re
probanda z relinquēda. ex eo z p eo q̄ talis
testis fuerit tempe depositōis piur⁹. **A**am
als in causa tali corā tali iudice induciis in
teste peieravit vel de piurio est puit⁹. **I**tem
q̄ talis testis erat tempe depositōis adulter.
et de hoc p̄fessus vel p̄demnat⁹ vel ad huc p̄
pbari. vt de testi. sup eo. i. **I**tez talis testis p̄
cio corrupe⁹ falsum testimoniū dixit i huius
modi causa. **A**am cum deposuerit me tali
die p̄traxisse. **E**rfor. ego fui eodem die. **A**do
guntū. **I**tem talis et talis sunt leuis opinio.
nis et suspecte vite. et tales q̄ eozū dicitis dari
vel fides adhiberi in iudicio vel extra nō cō
suevit. **Q**uare peti bmoī exceptiones admit
ti et p̄bationes sup eis recipi. ac ipis p̄bans
legitime pro parte sua sententiā absolutōiā
ferri. **U**trum autem sufficiat obijcere et
probare q̄ testes corrupti fuerint. vel an cuz
hoc exigatur probatio falsitatis dicti ipsius
testis. no. in. c. licz. de proba. §. post hoc. z in. c.
sicut nobis. de testi. **A**am si excipit ante sen
tentiā. sufficit p̄bare corruptionē cū p̄ hoc
p̄bentē criminosi. **E**t idem post sententiā
in causa appellatōis. vel als in casu vbi sen
tentiā non habet effectuz rei iudicate. vt no.
in dicto. c. sicut nobis. §. si vero. **S**; vbi sentē
tia trāsiuit in rem iudicatā tūc oportet addi
de falsitate. z etiā p̄bati. imo tūc etiā addi d; z
q̄ iudex in sententiando fuit dicta testium cor
ruptoz secur⁹ piura q̄ alle. in dicto. c. licet di
lect⁹. de testi. in. ij. glo. **E**t ibi ex ter. **A**b. colle
git sex exceptōes p̄ testes. **P**rima de p̄tradi
cione. **S**cōda de singularitate. **T**ertia dō ma
la fama. **Q**uarta de leui opinione. **Q**uinta
de falsitate. **S**exta de corruptionē. **I**tem ex

ceptōnes non oēs directe sunt p̄tra p̄sonas
testiu;. s; aliquē respiciūt dicta testiū. **U**trum
autē testis puniat p̄pter crimen sic in modū
exceptōis vt a testimonio repellat p̄batum
p̄tra eū legit et vt no. de or. cog. c. ij. **E**t ita hab
bem⁹ quō p̄batōes p̄ testes reproban⁹ ratio
ne p̄sonarum.

Qualiter dicta testium impug
nentur.

Uideam⁹ ergo nūc quō dicta testium re
proban⁹ z impugnant⁹. q; nisi excipiant at
testatōnes q̄ etiā als nō valerēt. possent per
p̄sensum partiu; etiā tacitū ratificari. de quo
no. de testi. cū causam. sup glo. ij. **U**nde ad
uertendum q̄ habita copia attestatōnū ad
uocati partiu; in aliquib⁹ locoz partib⁹ faci
unt membravt ipi vel iudex meli⁹ z facilius
ad indaginē veritatis possunt puenire. **D**e
istis rubricis qualiter sunt faciende. tractat
Suil. in spe. de testi. in. §. publicatis. in prin.
Uidebit etiā causidic⁹ vtriusq; partis depo
sitiones testiū. z aduertit an articuli sint ple
ne probati vel nō. **U**nde aduocat⁹ isti⁹ qui
p̄durit testes signet articulū per crucē lrām
vel aliud signū. **E**t vbi per dicta testiu; alic⁹
p̄batur idem articul⁹. ibi ponat idem signū
vel lrām eandē in margine circa eadē dicta.
Et vbi alij testes cū eo cōcordant. faciat idē
ita videlicet q̄ s̄m pluralitatem z diuersitatē
articulorum diuersificet etiā literas vel si
gna. vt per signoz vlt literaz diuersitatē appa
reant qui articuli per que dicta sunt proba
ti. z vbi ac in quib⁹ testes concordant. **P**os
set enim poni circa p̄mum articulum. **A**. cir
ca secundum. **B**. circa tertiu;. **E**t sic de alijs
Et vbi per dicta alicuius testis probatus
est p̄mus articul⁹ ibi etiā in margine pona
tur. **A**. vbi vō p̄bat⁹ est secund⁹ ponatur **B**
vbi tert⁹. **E**t sic de alijs. **E**contra aduoca
tus rei p̄tra quez testes p̄ducti sūt studere bz
designare p̄bmoī vel cōsimilia signa discor
dantias z p̄trarietates dictoz testium q̄ ba
beat eas in parato. z vt facili⁹ et clari⁹ possit
eas acipā dicta impugmare. d̄ quo plene in
spe. de testi. in dicto. §. publicatis. **I**ste tñ ru
brice seu talia signa rubro raro fiunt hic in
partibus.

Forma exceptionum

Forma exceptionū contra dicta
testium.

Possunt tamen sic formari exceptiones
contra dicta testium. **P**rocurator procurato
rio noie talis rei exceptiones contra dicta tes
tium p̄ntorū productorū pro parte talis
actoris in causa quam mouet tali reo p̄redi
cto sc̄; **S**yo vel **L**uo. zc. **C**oram vobis ho
norabili viro domino iudice. zc. proponit z
dicit q̄ ipsa testium dicta seu testimonia p̄nti
sa sunt singularia. obscura. dubia. incerta. et
testes ipsi varij sunt. et in dictis suis vacillāt
et negatiuam astruere et probare intendūt.
nec causas dictorū suorū seu scientie sue red
dunt requisit. vel reddunt malas insufficiē
tes et ineptas vel alias non probant ad q̄d
probandū sunt inducti. sibiq; in dictis suis
euidentiſſime contradicunt. **I**tem dicta ip
sorum nulla sūt et inualida. ex eo q̄ minime
iurauerunt vel deposuerunt non iurati. vel
parte non presente nec citati iurati. vel de
posuerūt super nō iuratis. vel quia deposu
erūt de scientia in tempore quo nondū cita
tus erat testis. **Q**uare reiectis et minime at
tentis testium huiusmodi dictis nullis et in
ualidis. petit procurator p̄dictus i causa cō
cludi. z se ab actoris impetitione absolui. ac
ipm̄ actorē in litis expensis cōdemnari sibi.
Istariū exceptionū alique puta tres habent
in. c. cū ecclesia sutrina. de cau. pos. aliqui. ex
c. licet. de p̄ba. **I**tem ex. c. ij. et. c. tuis. et. c. nup.
de testi. **I**tem alique istariū nō indigent pro
batione. sed veritas vel falsitas earū patet ex
ipsis dictis. **S**ufficit ergo in his sola allega
tio z ostensio dictorū vt veniat p̄batio facti.
vt in exceptione de singularitate. variatōne
nō redditiōne cause. p̄trarietate. et h̄mōi. **I**n
quib; aut̄ debeāt concordare no. de testi. c. ij.
Erdant de hoc verius per **I**nno. **R**es. p̄so
na. gradus. locus. bec sunt consona temp̄.
In his variando impediūt fidem suaz. **A**li
que requirūt probatiōem. puta cū opponit
de nullitate. et aliquando incūbit probatio
producēt testes ex causis antedictis. vt q̄ iu
rati deposuerūt. vel q̄ pars fuit citata. **A**liqñ
vero parti opponenti seu excipienti incūbit
probatio. vt si dicat̄ testis corupt; vel falsus

dirisse de quo etiam per **J**o. an. in addi. spe.
de testi. in. §. sepe. **A**duertendū q̄ aliquando
opponitur de falsitate cum corruptōe. aliqñ
de sola corruptione. **I**tem de falsitate aliqñ
directe. aliquando indirecte. **F**alsitas direc
ta raro procedit post publicationem. nisi ex
culpa iudicis nō facientis fieri debitam spes
cificationē. de quo per **J**o. an. in addi. spec.
in loco p̄ori. alle. **F**alsitas indirecta potest
post aperturam per testes probari. vt in ca.
ex tenore. de testi. vbi de hoc. **S**icut autē fal
sitas directa admittitur post aperturaz pro
pter omissionem debite specificatiōis articu
lorum. vt supra dictum est. et sic indirecta p̄
batio falsitatis excluditur post publicatiōes
p̄pter specificatiōne factā. vt ibi post **I**nno.
sc̄psit **J**o. an. **N**am si in articulis nō decla
ratur locus et temp̄. sed testes hoc bñ exp̄res
serunt. admittitur post publicatiōne proba
tio falsitatis dictorū testium indirecta. secus
si in articulis tempus et locus fuissent decla
rata. q̄a tunc post aperturā volens etiam in
directe probare p̄trariū nō audietur. p̄ de. ij.
de testi. **S**uper ista ergo probatiōe indirecta
falsitatis dictorū testium posset sic formari ex
ceptio.

Forma exceptiōis indirecte falsi
tatis p̄bationis.

Exciēdo p̄ponit z dicit p̄curator talis
rei p̄tra dicta testium talis actoris q̄ testes hu
iusmodi falsum tulerūt testimonium. vnd̄ ad
h̄mōi eorū dictū falsum ip̄ere nō est cōdem
nand; **D**ixerūt ei ip̄m reum tali die i opido
Erford. cū actorē talē p̄tractū celebrasse. z ip
se reus eadē die fuit in ciuitate **H**oguntin.
Unde ip̄m tunc **E**rford. p̄sonaliter vt testes
exp̄mūt contraxisse non est possibile q̄ per
testes idoneos est probare paratus. **Q**uare
petit. zc. **Q**uod autem supra dicitur exciē
do de contrarietate testium obstat quando
dicta testium que videntur cōtraria nō pos
sunt reduci ad concordiam. alias si fieri po
test semp̄ dicta testium sunt concordanda p̄pter
odium periurij. **E**t p̄ quem modū hoc fieri
posset vel debeat. habet z no. in. c. cum tu. z. c.
in nostra. de testi. et ibi in glo. **E**t quod exci
piur q̄ non reddant aptam causam scientie.

Forma exceptionis

Sciendū qđ si testis interrogat⁹ est de sciētie causa et eam non reddit. nō valet dictū eius Et idem si reddit malam et ineptam de testi. cū causam. Si nō est testis interrogatus de causa. tūc si data sūt p partez alia interrogoria. idem qđ supra. vt ibi no. et in c. p̄sentiu. de testi. li. vi. Si nō sūt data interrogoria tūc dicit aliqđ qđ bñ valet dictū testis. de quo in dicto. c. cū causam. de testi. Dicit tñ qđas qđ iudex nō querēs de causa scientie tenetur parti ad interesse. p. l. si qñ. C. de testi. in fi. qđ restringūt alij vbi est notabilis negligentia. Quod putat Joban. an. verum in foro penitentiali. si causa expressa parti nō nocuissz Sed in iudiciali petitiō nō hz effectū. nisi ipse reus p̄fiteret. de quo p̄cum in addi. spe. de teste. §. j. Et intelligit de causa scientie. scilicet quō sciat illud quod dicit. nō de causa act⁹ isti⁹ de qđ deponit. qđ de illa non tenet dicere qđuis de ea possz interrogari. de renūc. c. sup hoc. Et istas exceptiones cōtra personas et dicta testium.

¶ Tabellio scribat in actis hoc modo.

¶ Anno tali. die tali. comparentib⁹ coram tali iudice. tali actore vel tali eius procuratore ree p̄na. et tali reo vel ei⁹ procuratore parte ex altera. p̄dictus reus vel procurator eius et exceptiones contra p̄sonas et dicta testium actoris exhibuit infrascriptas. Et aduerso ipse actor vel eius procurator copiam ipsarum per iudicem sibi decerni ac fieri. et terminuz competentem ad respondendū seu publicandum cōtra eas si sibi competierit ei assignari postulauit. Prefatus igit iudex copiam petitam actori dandam decreuit. et diem talem ad dicendū cōtra exceptiones predictas sibi pro termino prefixit. zc. Istis exceptionibus per talem exhibitis anno tali. die tali. in p̄ntia talis rei vel sui procuratoris dicit seu republicabitur contra eas die tali. zc. Quo modo autem actor contra istas exceptiones rei factas contra personas vel dicta testium possit replicare. videlicet dicere testem criminolum fuisse de crimine emendatum. ergo in civili admitendum. de testi. testimoniu. infamem restitutum fame. de re iudic. cum

Et H. Vel dico absentem citatū ad videndum iurare et cōtumacem. zc. Et replicatio num forma patet ex superiorib⁹. Et plures sunt modi probandi seu species p̄bationuz. de quib⁹ no. in. c. cum ad sedem. de resti. spo. in glo. et no. quattuor. et sup ea. in spe. de proba. §. videndum aut. scz p̄ testes. p̄ instrumenta. p̄ euidentiam facti. p̄ p̄sumptionem. p̄ famam. p̄ delationē iuramēti. Si ergo actoris intentio nō est p̄bata p̄ testes. potest recurrere ad instrumenta si habet. et ista producere ante conclusionē cause etiam post publicationem. de fi. instru. cum dilectus. nisi datus esset termin⁹ et lapsus a iudice ad instrumenta. sicut fit dando terminuz ad p̄ducendum omnia. post quem sup p̄ductione non audiretur in ista instantia. de qđ ibi no. in spe. d. de la. §. videndū. v. quid si datus. plen⁹ in cle. sepe. d. v. sig. v. eo saluo. in glo. vbi ergo. Quid autem sit instrumentū. et quorū sint species instrumentoz. et in quib⁹ instrumentis adhibeatur fides. et qualiter et que scripture p̄ducte in iudicio impugnentur. et d. alijs circa hoc plene in spe. de instru. edi. per totum. Et videat pars contra quam producit instrumentum qđ copiam eius petat. et terminū ad impugnadū illud. et in termino si potuerit id impugnet. quia alis eo ipso qđ pro publico instrumento fuerit p̄ductus. et aduersari⁹ qui nil opponens tacuit. Videat illud approbasse de offi. deleg. gratum. Ho. Osten. in. c. quoniam circa falsam. de proba. Et ibi etiaz plene no. quō instrumentū debeat redigi in actis. scz p̄ncipiū et finis. Ponendo tamē cautio nē de tenore qđ cessz equiuocatio zc. vt ibi plene. Si ergo actor probauit intentionem suā p̄ testes vel instrumenta. reus si hz p̄emptio. exceptionē opponat eam. videat tamē vt eaz probet. quia si fundata actoris intentione reus opponit p̄emptio. et si in eius deficit p̄batione condemnabitur actori in expensis quas fecit postqz reus accepit inducias. Et si soluendo nō est ad arbitriū iudicis punietur. Ista est p̄uisio decre. finem. de do. et cōtu. Si tamē vult eam in incontinenti p̄bare licet deficiat sibi probatio. nō est locus pene. vt ibi no. Debent ergo duo concurrere ad

De renūciatōne et et conclusione

hoc q̄ excipiēs patiet̄ banc penā. scz q̄ fūda-
ta sit actoris intentio. et q̄ nō incōtinēt̄ reus
assumat onus pbādi. vt ibi nō. Potest ergo
reus opponere exceptōez rei iudicate vel trās
actoris. et formas istaz habuim⁹ supra. Vel
potest excipere de pacto de non petendo. vel
de prescrip. vel solutione debiti facta. zc. sub
bac forma.

Forma exceptōis ad puniendam
seu elidendā intentōem actoris.

Coram vobis honorabili dño iudice. zc.
pponit pcurator pcuratoris noie talis rei.
excipiendo ad intentionē talis actoris peri-
mēdā seu elidendā. et dicit q̄ ip̄e reus domū
talē quā actor ab eo vendicat possedit pacifi-
ce annis. xxx. et ultra p̄tinue eam p̄sc̄psit bōa
fide. Quare petit ip̄um reum ab actoris im-
petitōe absolui p̄ vram sententiā diffinitiuā
et eundē actorē sibi in expensis lit. p̄demnari

Vel sic. In exceptōe solutōis ad elidendā
et efficaciter perimendā talis actoris intēti-
ōne pcurator talis rei pponit et dicit excipien-
do q̄ etiā si debitū p̄tensū p̄ ip̄m actorē a p̄e-
dicto reo petitiū esset legitime et sufficiēt̄ p̄-
batū. Iple tñ reus de eodē debito p̄tensio il-
lud sibi numerando realiter et in parata pe-
cunia p̄soluēdo satisfecit. Cum aut̄ solutio-
ni eius qd̄ debet om̄is obligatio sit sublata.

Idcirco p̄dic⁹ pcurator noie q̄ supra petit
zc. vt in p̄cedenti forma. et sic de alijs exceptō-
nib⁹. Et reus exceptōem p̄mp̄. p̄ eū opposi-
tam probare debet. q̄ in excipiendo reus sit
actor. et ua in eum transfert̄ onus probandi.
ff. de excep. l. i. et in l. exceptio. saltem regulari-
ter. quia in casib⁹ non probabit excipiens. s; zc.
actor. vt in exceptione nō numerate pecunie
vel dotis. de quo etiā in spe. de excep. §. viso.

Si tñ eam non probat reus ex eo solo nō ob-
tinebit actor nisi probet intentionē suā. de ex-
cep. cum venerabilis. de quo etiā in spe. de
excep. §. viso. v. illud quoq; Et diligenter ad-
uertat aduocat⁹ rei quibus verbis vtatur i
conciipienda exceptōne. de quo etiā in spe. in
§. proxi. alle. Et tabellio h̄mōi actū exceptio-
nis p̄mp̄. opposite scribit hoc modo.

Comparuit in iudicio coram tali iudice
anno tali. die tali. talis reus vel talis su⁹ pro

curator. et infra scriptam obtulit p̄remp̄. ex-
ceptionem. Et aduerso iudice ad huc p̄ tri-
bunali sedente talis actor vel talis eius pro-
curator comparens. eiusdem exceptōis co-
piam sibi per ipsum dominū iudicem decer-
ni et fieri petijt. ac competentē terminū ad di-
cendum contra eandem seu replicandū as-
signari. Cui p̄dic⁹ domin⁹ iudex copiam
exceptionis huiusmodi decreuit. et tales diē
ei statuit ad dicendū contra eam seu replica-
dum si voluerit. Acta. zc. Vel sic. Exhibitis
his exceptionib⁹ p̄ talem reum vel talem ei⁹
procuratorem in p̄sencia talis actoris v̄ sui
procura. anno tali. die tali replicabitur die
tali. zc. Si autem in termino sic dato actori
ad replicandū. actor nullam pponit replica-
tionem. quia forte non habet tunc admittē
exceptio rei ad probandū. et dabit reus arti.
de materia huiusmodi sue exceptionis. et il-
las probabit si poterit p̄ testes vel instrumē-
ta. zc.

De renūciatōe et conclusione.

Postq; vt p̄missū est p̄cessum est in cau-
sa. vt q̄lis est p̄testata. iuratum est d̄calum-
nia. date sūt posuiones et arti. et ad posuōes
et responsiones facte sunt p̄bationes testiu;
vel instrumentoz. inducte exceptōes. oppo-
site replicatōes. forte et duplicationes sub-
secute. cum partes nō habent quid vlt̄erius
in causa pponant vlt̄erioribus pponendis
renunciant et postulant in causa concludi.

Et ista omnia sunt redigenda in scriptis et
in actis. de proba. quoniam. Et si vna parti-
um renunciet seu renunciare velit. et alia di-
cit q̄ adhuc habeat aliqua pponere. quare
dicit q̄ nō vult renunciare. Tunc iudex assig-
nat ei terminū competentē infra quem ppo-
nat quicquid velit. de quo in spe. de renunc.
in p̄n. Et videt̄ aliquib⁹ q̄ idē sit renunciare
et cōcludere. et h̄ tenet Hoff. vt nō. d̄ cau. pos.
pastoralis. cum ter. ibi. Et in. c. quoniam p̄ra.
de proba. ponit ista vt diuersa. et q̄ eoz qd̄li-
bet sit actus p̄ se. Et tenet B. in spe. de renūci.
et conclusione. in v̄. et nota. Et sic potest dici
q̄ p̄ renūciationem renunciat̄ probatōib⁹
et allegationib⁹ facti. P̄der conclusionem in-
ducit̄ renūciatio allegationū iuris. Dicit tñ

Interlocutoria sententia

Jo. an. in abdi. spe. in loco supra alleg. q̄ i re nūciationib⁹ hmōi sūt ponderāda verba et stat⁹ cause ⁊ p̄suetudo fori. q̄ si sit renūciatio allegatōib⁹ ⁊ omnib⁹ p̄batōib⁹. certū est q̄ ista renūciatio est p̄clusio. vt no. in. c. cū dilect⁹. de fi. instrumē. in glo. ij. Et idem putat ip̄e si sit renūciatio allegatiōnū iuris ⁊ facti. et h̄ q̄n stat⁹ cause parit̄ p̄cludi. Itē si habet p̄suetudo fori verbū allegatōis cōprehēdere ius et factū. Et p̄ illud solū p̄cludi. vt tūc renūciatis allegatōib⁹ p̄ hoc etiam intelligat̄ p̄clusū. de q̄ etiaz p̄modernos in de. sepe. de ver. sig. Potest ergo sic registrari i actis renūciatio et p̄clusio p̄ tabellionem.

Anno tali. die tali. Cōstitutis coram tali iudice partib⁹ p̄dictis. puta tali actore et tali reo vel eoz p̄curatorib⁹. ip̄e partes in causa hmōi allegatiōib⁹ vltiorib⁹ mutuo renūciarunt. petentes concludi causa in eadem.

In qua etiā q̄ntum in eis erat cōcluserunt

Unde iudex p̄dict⁹ hmōi renūciationem admittendo in ip̄a causa cum eisdem partibus seu eoz p̄curatorib⁹ vt p̄fertur concludentib⁹ ⁊ cōcludi volentib⁹ ⁊ petentib⁹ p̄clusit. ⁊ habere voluit p̄ cōcluso. Acta. ꝛc. Facta cōclusionē in causa ampli⁹ p̄bationi nō est locus etiā p̄ instrumēta vt in dicto. c. cū dilectus. de fi. instru. Iudex tñ ex officio interrogare potest post cōclusionē de facto si aliqd̄ dubitatōis occurrit. vt in. c. cū Jo. eodez. ii.

Sed h̄ iudex nō faciat ad petitōnem partis vt ibi no. ⁊ in. c. in p̄ntia. de p̄ba. in fi. glo. iij. et in. c. p̄ tuas. de testi. Quō aut̄ fiant allegatiōnes iuris tractat Guil. in spe. de dispu. et alle. per totū. Et sic sumus expediti de secunda parte p̄ncipali ordinis iudicarij.

Interlocutorie sententie

Et antequam ue

S niamus ad tertiā partē. scz de sentētia et illis q̄ eam sequunt̄. q̄a aliquā aliqua emergūt in lite seu causa sup̄ quibus iudex habet interloqui. Nam licz sup̄ incidēti nō sit necesse p̄nūciare. tñ sup̄ emergeti est p̄nūciandum. vt no. de ordi. cog. c. j. Et q̄d sit incidēs vel emergēs ibi no. ⁊ ideo de interlo

cutorijs videam⁹. **Et q̄ sit sentētia interlocutoria no. in de. vnica. de sequest. poss. i. glo. v. diffinitua. ⁊ vide no. i. c. j. de ap. li. vj. Super exceptōe ergo dilatoria vtz an libell⁹ sit offerend⁹ vel nō. vel an sit ei respondendum. vel an causa sit corā ip̄o iudice tractāda vel nō. vel vtrū excōmunicatōis exceptio p̄ actores opposita sit p̄bata vel nō. vel vtrū dilatio petita sit p̄cedenda vel non. et de similib⁹ exceptiōib⁹ iudex pronūciat interloquendo sub hac forma.**

Forma sentētie interlocutorie super exceptōe dilatoria.

Ma. decan⁹ ꝛc. Cum in causa tali q̄ in eadem actorē ex vna. et talem reum parte ex altera de et sup̄ re vel debito tali in iudicio coram nobis vertitur. p̄ parte dicti rei oblata fuit exceptio talis vel talis dilatio petita. vel fuit p̄positū excipiēdo libello sibi p̄ actorem oblato nō esse respondendū vel actorem ab agendo repellendū. pro eo q̄ maioris eēt vinculo excōmunicatōis innodat⁹. vel nobis in hac causa iurisdictiones non competere. p̄ eo q̄ tempore impetratōis rescripti ip̄e actor imperans fuerit maioris excōmunicatōis sententia ligat⁹ ꝛc. Nos visis et diligētē consideratis sup̄ hoc p̄ testes hincinde corā nobis productis p̄positis ⁊ allegatis. Habito etiā consilio cum peritis. pronūciam⁹ decernimus ⁊ declaram⁹ p̄dictā exceptiōnes admittendā non esse. seu ea nō obstante in causa huiusmodi ad vltiora procedendū fore et per nos ac coram nobis procedi debere.

Vel sic si est legitima exceptio. Decernimus et pronūciamus ip̄am exceptiōem esse admittendā. ⁊ admittim⁹ actorem p̄pter excōmunicatōis vinculū ab agendo repellendū excludendū fore. ⁊ excludimus seu repellimus seu nobis obstante exceptiōe p̄dicta iurisdictionē ⁊ cognitōnē in negotio hmōi nō cōpetisse. neqz cōpetere seu libello predicto p̄ ip̄m reum respondendū nō esse. s̄ eundem reum ab instantia iudicij fore absoluedum ⁊ absolui⁹. Et ip̄m actorem sibi in expensis legitimis p̄demnam⁹. eaz taxatōem nobis in posterū reseruātes. Et tunc in fine interlocutorie tabellio subscribet isto modo.

De sententia interlocutoria

Lecta et lata est h[ab]et interlocutoria a[n]o tali die tali. in p[ri]ma ip[s]az partiu[m] vel p[ro]curatorib[us] p[ri]m[is] talib[us] zc. Et de istis et de alijs interlocutoriaz formis no[n] i[n] spe. de excep. s. viso. Et est interlocutoria q[ue] fert[ur] inter p[ri]ncipiu[m] cause et finē nō sup[er] p[ri]ncipali. s[ed] sup[er] incidētib[us] que[st]ionib[us] vel emergētib[us]. de ap. significātib[us]. de testi. significauerit. Et trāsit interlocutoria in rem iudicatā q[ue] ad partē. si ab ea infra decē dies nō fuerit appellatū. vt in. c. cū q[ue] dilecta. in fi. de elec. s[ed] non q[ue] ad iudicē q[ui]n possit eā reuocare etiā post. r. dies. de q[ue] t[em]p[or]e dicendū est vt plene no[n] in. c. cū cessante. de appel. i. glo. j. Ubi distinguunt tres species interlocutoriaz. Quia q[ue]dā interlocutorie p[re]parant seu ordināt iurē. Quedā emergētia seu incidētia in lite decidunt. Quedā aliq[ui]d restitui vel dari vel nō dari. fieri vel nō fieri. vel aliq[ui]d eq[ui]pollens iubēt. p[ro]cludēdo t[em]p[or]e tenēt doc. q[ue] omnis interlocutoria mutari et reuocari p[otes]t ex causa sine causa nō. maxime post. r. dies sine voluntate partis p[ro] q[ue] est lata. Cū si iudex sine cā iusta interlocutoriā reuocet poterit appellari.

Formas autem diuersas reuocationis interlocutorie ponit Bui. in spe. de excepti. s. viso. Quia potest sic dicere iudex.

Nos talis iudex. zc. q[ue] in tali causa. zc. p[ri]m[is]dem sup[er] tali exceptiōe p[ro] talem reum opposita. pronūciamus interloquendo eandem exceptionē non esse admittendā. vel q[ue]a contra talem sic p[ro]cessim[us] zc. Habito postmodum p[ro]silio peritōz. inuenim[us] nos ip[s]m grauasse. vel indebite p[ro]tra eū p[ro]cessisse. Idcirco v[er]o cōsilio saniori interlocutoriā ip[s]am vel p[ro]cessus b[er]mōi ex p[ar]te reuocamus. Quidā t[em]p[or]e iudices erubescētes factum suū reuocare sic dicūt.

Nos talis iudex. zc. Si te talē in aliq[ui]d grauauim[us]. illud reuocam[us] zc. Sed talis reuocatio dubia est. p[ro]ditionalis. et incerta. et ideo nō admittenda. Unde appellās nō obstante tali reuocatōe nihilomin[us] insistere potest p[ro]secutioni sue appellatōis. si pure nō fiat reuocatio. Quidā etiā iudices sic dicunt. **F**razer si te grauauim[us] in aliquo parauimus illud reuocare d[omi]n[us] p[ro]silio sapientū. Et p[ro]figim[us] tibi talē terminū ad cōparendū. infra quem volum[us] pleni[us] deliberare. Et dicit Bui. vbi

supra. q[ue] h[ab]et forma habet in. c. aplice. de iudi. li. vj. v. erat q[ue] parat[ur]. Glo. in. c. cū cessante. de ap. dat aliā reuocationē b[er]mōi interlocutorie v[er]o grauaminis formā. v[er]o vt sic dicat iudex. Non credo te grauasse. s[ed] si grauauit te i[n] aliq[ui]d illud reuoco. S[ed] ista forma q[ue] duo mēbra p[ro]tinet. q[ue] ad v[er]ū q[ue] nō est sana. q[ue] i[n] p[ri]mo docet mētiri. Nā potest esse q[ue] iudex p[ro]trariū credit. Et p[ro]tra tales cautelas vel doctrinas videndū est q[ue]d no[n]. Bui. in spe. de excepti. s. penul. et in vlt. colū. Quo ad secundū mēbrū est p[ro]ditionalis incerta. vt dixi supra. Cū dicit. dat talem formā. v[er]o vt si dicat iudex ad eū p[ro]tra quē est lata interlocutoria. Tu dicis te grauauit p[ro] talē interlocutoriā q[ue]d nō confiteor. Ego t[em]p[or]e reuoco tue satisfaciens voluntari. ne de me saltē de facto p[ro]queri posses. Et similis forma tradit in. c. nisi specialis. de v[er]su pallij. Et q[ue] dicit iudex in reuocatione q[ue] nō p[ro]fiteor caute dicit. quia p[ro] hoc non sequit[ur] q[ue] neget se grauasse. Et aliqui iudices cōsueuerunt statuere terminum appellanti ad docendum de grauamine. sed ad hoc ipse appellans non tenetur. de quo in. c. si a iudice. de app. li. vj.

Sequitur tertia pars ordinis iudicarij.

Nunc ergo uideamus de tertia p[ar]te ordinis iudicarij. scilicet de sententia et q[ue] illa sequuntur. Et Bui. in spe. de sen. prola. in p[ri]m. diffinitio sic dicit. Sententia est iudicialis diffinitio p[ro]trouer[si]e finē imponēs. p[ro]denauōez vel absolutionē p[ro]tines. Dicit eni[m] sententia iudicialis diffinitio controuer[si]e finē imponēs vt in. l. j. ff. de re iudi. Et debet continere absolutionem vel condemnatōnem. de accu. illa p[ro]positorum. Et ibi de hoc in vlt. glo. Vel aliquid quod tantū valeat. de ver. sig. in his. Utrum autē sententia diffinitiva sit d[omi]n[us] actis cause ita vt p[ro]tineat inter acta. tractat Jobā. an. in addi. spe. de senten. prola. in p[ri]m. Et ibi post ar. p[ro] et cōtra videt tenere q[ue] sic. maxie p[ro]ca. cum eterni. de re iudi. li. vj. vbi sententie ferende et concipiende ponunt in actis cause.

De sententia diffinitiva

Et debet ferri snia diffinitiva partib⁹ pntib⁹ vel altera absente p contumacias. ita vt citef ad sniam audiendā. de testi. cu3 olim in fine. atq; si ferat contra absentē non citatū nō tenz vt no. de sen. 2 re iudi. tenoz. in glo. pnti. 2 sup ea. Et necesse est hoc casu q; exprimat pemp. vbi vnica sit citatio. de hoc. rxiij. q. iij. de illicita in fi. magne glo Et in spe. de citationib⁹ §. viso de tempoz. Et p Jo. an. in. c. cū Bertol; dus. de re iudi. an. v. remississent. Et de accusa. ad petitionē. nisi in causis in qb⁹ sine strepitu 2 figura iudicii pcedetur. vt in clemē. sepe. de ver. sig. circa fi. ibi etiā de hoc in glo. ar. iij.

Si autē in sentētia continet eum cōtra que3 lata est fuisse citatū an stetur snie. ita q; nō sit necessaria alia probatio citatōis. tractat guilbel. in spe. de sen. pla. §. vt autē. v. 2 nota. Sed plenius p Jo. and. ibi in addi. quia de iuris subtilitate necesse est pbare pemp. Et si quis vellet tenere q; victor hoc non habeat pbare victus tamē potest pbare se citatū non fuisse pducendo acta. Et si inter ista non apparet bmo citatio habebit p non citato. nisi pbe contrariū. Utrū autē presumat p demnatus fuisse pntem in sentētia si aliud nō dicat vl exprimat in ea. no. Guil. in spe. in loco pr. al. Et sentētia diffinitiva debz generaliter ser continere. Istū nomen iudicis 2 ei⁹ qualitatē. puta an sit delegat⁹ vel ordinari⁹. Secundū nomina linguoz. Tertū tenorē petitionis in iudicio porrecte. Quartū subamp cessus cause. puta lit. prest. iuramēti pstantz 2 similia Quintū q; fiet mentio in sentētia ptes fuisse pntes vel ad cōtumaciā absentes de quo supra dixi. Sexto q; cōtineat cōdemnationē vel absoluonē vel aliqd equiuales de quo etiā tactū est supra. 2 ista etiā enumerat Guil. in spe. de sen. pla. §. qualiter autē. iuxta finem zc.

In actione ergo reali potest sic dictari et formari snia

In nomine dñi Amen. Official' vli iudex talis. orta inter A. actorē ex vna. 2 B. reū de 2 sup tali fundo area vel domo pre ex altera. materia questionis. Idem A. libellū dedit l' obtulit in hac forma. 2 ponat tot⁹ tenoz libelli in snia. Luce igit corā nobis legitime prest.

2 pstitio a partib⁹ vel eaz pcuratorib⁹ binc inde calumnie iuramento. factisq; 2 oblatis positionib⁹ 2 articulis. ad ipsas positiones re sponsonib⁹ subsecuns testib⁹ 2 instrumētis pducis 2 attestacionib⁹ publicans. oppositisq; contra dicta testū nōnullis exceptionib⁹ 2 replicationib⁹ factis. tandē renunciatis p pcuratores partū hinc inde positionib⁹ cū ipsi procuratorib⁹ partū cōcludentibus 2 concludi petentib⁹ in ipsa causa conclusimus 2 habuim⁹ pro cōcluso. Istos igit visis 2 auditis diligēter iurib⁹ rationib⁹ probacionib⁹ 2 allegacionib⁹ partū. cognuisq; 2 inuestigatis ad plenū ipsi⁹ cause meritis deliberandōe pbabita. Diligenti 2 cōmunicato p silito iuris peritor⁹ xpi noie inuocato. partib⁹ ppter B i nostra pntia cōstituis 2 sniam ferri postulantib⁹. vel tali actore vel reo pntem et sniam ferri petēte. Et tali reo vel actore ad B pemp. citato cōtumaciter se absentate. cui⁹ absentia dei pntia repleatur p tribunali sedētes. 2 habentes p oculis deū solum sentētiando. In his scriptis pnunciam⁹. Decernim⁹. 2 Declaramus fundū predictū ad prefatū A. actores punuisse de iure 2 punere. prefatūq; B. reū fundū bmo occupasse 2 demnuisse. ac occupare 2 illicite detinere. 2 ipsum fundū memorato actori adiudicādū. ac B. reū antedictū ad restituendū 2 libere dimittendū fundum eundē eidē actori p demnandū 2 repellendū fore. adiudicamusq; 2 cōdemnam⁹ ipm reū in supradicto actori in fructib⁹ a tpe morte litis. vel a tpe occupatōis 2 detentōis valet i tot modis seu malozis frumētū zc. ratōe fructuū perceptozuz ex fundo bmo p eū perceptis. Et in expēsis litis nihilomin⁹ p demnātes. quaz expensaz taxationē nobis in posterrum referuam⁹. Vel si debeat fieri snia pro reo absolutona. forte q; actor nō pbauit. vl re⁹ pbauit de iure suo. tūc ita formet

In noie dñi Amen zc. vsq; ibi. pnunciamus. Decernim⁹ 2 Declaram⁹ p dictū. B. reū a pnti A. actoris impetitōe absoluendū. ac eidē actori sup petitione sua 2 fundo p dicto silentiū ppetuū imponendū fore. ac absolutus mus 2 imponim⁹ ac nostra snia diffinitiva mediāte p demnātes eundē actorē eidē reo i

De snia diffinitiva

expensis litis, quare taxantur et c. In cuius rei testimonium et c. ista snia incipit. In nomine domini. et c. vi. xlii. di. In nomine de testi. In nomine. Ad delictum ad propositum. in. c. veritatis. de do. et c. et c. Et non scribitur seu dirigat alicui. videlicet pariter vel alijs vel vniuersis. Quia si iudex sic scriberet. vniuersis et c. noueritis quod in tali pronunciamus et c. tales littere seu scripture non facerent fides. quia essent potius testimoniales seu recitatione preteritorum quam asseritione presentium. vt no. Guil. in spe. de sen. pla. s. iurta. v. et no. quod quidam iudices. No. etiam in capitulo stolice. de re iudi. li. vi. Item in snia fit narratio processus ad quem affectu hoc fiat. no. in spe. de senten. pla. s. restat. v. in summa. No. et Inno. et Ostu. in. c. cum in iure. de of. dele. vbi etiam no. quid fieri debeat si palium tabellionem scribatur sententia. et acta palium fuerint scripta. Item in snia dicitur nos visis et auditis diligenter iuribus. probationibus et allegationibus pariter et c. Quia iudex secundum allegata et probata coram eo debet iudicare non secundum conscientiam quam habet vt puaus. sed secundum conscientiam ex actis probationibus et allegationibus informatam. vt. ij. q. vii. Iudicis. de quo de officio. dele. pastoralis. in glosar. pira. et de officio. ordi. c. i. in glo. canonum. et in spe. de dispu. et alle. s. vlt. v. licet autem. Et ibi de h. p. Jo. an. in addi. vbi ponit rationes quorundam theologorum qui tenent contrarium. et illas soluit. Et quale remedium tunc habeat iudex ibi nota. quia deponet si potest conscientiam. si non potest deleget causam alicui. vel ad superiorem remittat et c. vt pleni9 no. vbi supra. Item sequitur in snia cognitio et inuestigatio ad plenum cause meritis et c. Nam ferri non debet snia nisi liqueat de meritis cause. de quo in. c. put. de do. et c. et c. cum si. Sententia enim non est precipianda. vt in. l. ij. C. de sen. ex. peri. reci. hac lege. et in cle. pastoral. de re iudi. imo cum peritis super ferenda consilium habere debet. de do. et c. et c. cum olim. de psue. ad nostram. De quo et qualiter iudex deliberare debeat et consilium iuris peritorum requirere. et diligenter cum peritis super negotio conferre. inspiciendo petitiones iuxta quam snia est formanda. de accu. qualiter. ij. de symo. licet hely. Dosuones et articulos probationes et alia acta cause et c. vt tradit Guil. in spe. de re-

quisitioe consilij. Et ideo dicit in snia deliberatione probatura et habito consilio cum peritis Item subdit in snia pariter propter hoc in nostra pronuncia constituitur et sniam ferri postulantibus et c. De isto ponit Guil. in spe. rubricam specialem. scilicet de petitione sententiae et eius cautela. ibi debet. Item quando altera partium est absens per contumaciam solet dici in snia. Cuius absentia dei pronuncia repleatur. de quo in. c. de manifesta. ij. q. i. in. c. veritatis. de do. et c. et c. Item in forma sententiae ponitur pro tribunali sedem. et habentes pre oculis solum deum. de hoc in. c. cum eterni. de re iudi. li. vi. Vbi sedendo debet iudex sniam proferre non stando. aliter non valeret. vt. c. vlt. de re iudi. li. vi. Et que sit ratio ibi non nec debet per gratiam vel fore iudicare contra iusticiam et contra conscientiam. aliter sustinebit penas. de quibus in. c. cum eterni. aliter. Item illis verbis utatur iudex in sententia vel probationibus pronunciamus decernimus. non tamen refert an sic dicat iudex. an dicat precipio vel statuo vel ordino. vt in. c. in bis. de ver. sig. Nam quis lex dicat non valere sniam que contumaciam vel absolutionem non continet. vt in. l. p. ses. C. de sen. et interio. om. iu. et actum est etiam supra. Sufficit tamen si contineat condemnationem seu absolutionem vel equipollens. de qua etiam in spe. de sen. pla. s. vt autem. v. et nota. Et non est vis nec refert etiam an snia ferat sub verbis prime vel tercie persone. de quo etiam in spe. eo. tit. s. iuxta. v. non valet. de quo etiam dicitur est vt ibi. Item dicit in snia sententiando et sententia liter in his scriptis et c. hoc ideo. quia snia diffinitiva debet ferri in scriptis. Debet etiam in scriptis recitari et proferri. et ipsi iudices non per alium legi. aliter est nulla. de quo in. c. vlt. de re iudi. li. vi. Non tamen est necessarium exprimi in snia in his scriptis dummodo aliter in scriptis ferat licet sit cautum. de qua in spe. s. iuxta. i. v. non valet et super alleg. et in dicto. c. vlt. de re iudi. li. vi. Et quod sequitur in sententia scilicet fundum predictum ad prefatum. Actoris pronunciasse et c. hoc patet de claratum circa petitionem in libello presentiam secundum quam vt dictum est sententia ferri debet. Item condemnationem iudex dictum in expensis ipsi victori quod fieri debet. vt in. l. euz que temere. ff. de iudi. et in. c. calumniam. de pen. nisi ipse victus habuisset pro

no
iudex finalis
ad no b7 yfina

De sententia in actione personali

habilem causam ligandi que eum excusaret
vt no. in dicto. c. calumnia. et in dicto. c. finem
de do. et p. in glo. magna. et sup. ea. Et tunc
Quando omittit iudex condemnationem expelas
rum. debet causam exprime in sententia ppter
qua victu in expelis victori non condempnat. vt
ibi no. et p. in aut. de iudi. §. oportet. coll. vj
Et iste est vnus casus qui in snia debet exprimi
scz causa illa. vij. alij casus no. in. c. sicut nob.
de sen. et re iudi. alij regulariter in sententijs non
debet exprimi causa. vt ibi. Imo fatuū esset ex
primere. qm facilius posset mala causa exprimi
et bona subuceri. et ita non valeret sententia.
De quo in. c. ex pre. de co. ces. pben. de resti. i. in
te. cu ex litteris. v. nos igit. et hoc etia obtinet in
interlocutorijs **S**i tamen iudex exprimit aliqs
causas tunc post specialia submittat clausu
lam generalē. videlicet ex his et alijs nos mo
uenubus etc. Et sic subtili generalitate copbe
dit sniam seu decisionē cause iustificante. vt
no. de re iudi. abbate. li. vj.

Sententia in actione personali potest sic formari

In nomine domini Amen etc. vt in precedenti
forma vsqz ibi prinuado. pronunciamus. decer
nimus. et declaramus predictum. **N**reū memora
to. **A**ctioni teneri et obligati fore in. x. libris
eosdē recipi admitti iurare de pbibēdo veri-
tati testimoniū i cā hmōi eosdēq; examiari
Ex aduerso pcurator rei sic dicat. Ego pcurator
rei ipi⁹ B. rei h pduco interrogatoriā iur-
ta et fm q̄ testes ipos volo examiari. nibilo-
min⁹ ptestor q̄ ius mibi maneat saluū et ille-
sū excipiēdi tā cōtra testes q; p̄ eoz dicta pro-
loco et tpe oportunitis. Itē si actor i pma dila-
tione suā intētionē plene nō pbauerit petat
sibi decerni scdaz dilatoe vel tertia v̄ q̄rtaz
cū solēnitare ad pbandū. et postq; actoris te-
stes pducti admissi et iurati sūt p iudicē et e⁹
notariū examiati. tūc actor siue pcurator ac-
toris petat sibi p̄figi et assignari terminū ad
vidēdū et audiēdū dicta seu testiū attestatio-
nes in hmōi cā iuratoz receptoz admissoz
examiatoz publicari. ipm q; reū citari ad idē
fiendū vel dicendū cām rōnabile q̄re hmōi
fieri nō debeāt. Istō termino adueniēte actor
siue ei⁹ pcurator sic dicat. Ego pcurator ipi⁹
si⁹ A. actoris peto p vos dñm iudicē testiū
dicta siue attestatōes i hmōi cā receptoz ad-
missoz iuratoz et examiatoz publicari et p
publicatis haberi. Tūc iudex q̄rat ab eo. an
enā velit plures pducere testes sup intētoe
sua. Et si dixerit q̄ nō. tūc dicat iudex si enā
renūciat pductioni v̄teriori testiū. et si pcurator
tūc dixerit q̄ sic. notari⁹ cause ponat in
actū talē renūciatiōnē testiū. Ex aduerso si p

curator rei cām habuerit rōnabile quare ve-
ro dicta testiū nō sint publicanda illa mor-
et incōtinēti d; corā iudice pponere. si at nō
habuerit hmōi cām s; cōsentit publicationi.
tūc iudex dicat notario vt legat dicta testiū
vt sic p publicatis habeant. Qua publicati-
one sic facta pcurator rei petat sibi decerni co-
piā attestatiōnū et terminū cōpetentē p̄figi et
assignari ad dicendū tam p̄ dicta et attesta-
tiones testiū q; eoz psonas. Illo adueniēte
termino pcurator rei sic dicat. Ego pcurator
ipi⁹ rei ad satisfaciendū hmōi termino pro-
duco has exceptiōes p̄ dicta testiū ac eoz p-
sonas p parte aduersa pductor petēs et alle-
gās vt quinet in eis dē. et ex aduerso pcurator
actoris sic dicat. Ego pcurator ipi⁹ A. actoris
peto copiā pductorū mibi decerni et ter-
minū dari ad replicandū fm q̄ mibi p̄petierit
et procedat si placet vt supra exemplificatū ē
et nūc replicandū nūc duplicandū. zc. Beinde
pcurator actoris petat sibi assignari certū
terminū ad producendū oīa et singula iura
et munimēta. lrās sc̄pturas puilegia et instru-
mēta sibi in hmōi causa necessaria ipm q; re-
um ad idem. Quo termino adueniēte pro-
curator ipi⁹ A. actoris sic dicat. Ego pcura-
tor noīe actoris ad satisfaciendū termino repro-
ducto h̄ singula in hmōi producta verbo. et
si habuerit aliqua que non sunt p̄s produ-
cta illa producat in scriptis. Ex aduerso pro-
curator rei sic dicat. Ego peto mibi dari co-
piā illorū de nouo pductorū. et terminum
statui ad excipiendū siue dicendū verbo vel
in scriptis contra omnia et singula producta
in hmōi causa. Et potest procedi vt supra re-
plicando triplicando. zc. Enā potest obser-
uari termin⁹ ad declarandū si fuerit necesse.
Beinde pcurator actoris petat sibi dari ter-
minū ad cōcludendū in huiusmodi causa.
Ipsū q; reum ad idem vel ad dicendum
causam rōnabile quare in hmōi cā pcludi
nō debeat. Istō termino adueniēte pcurator
actoris sic dicat. Ego pcurator ipsius
actoris peto in hmōi cā pcludi et meū p cō-
cluso haberi. Ex aduerso pcurator rei. si quā
habuerit cām rōnabile quare in cā hmōi
nō fuerit pcludendū. allam proponere debz.

Defensorum iuris

Et si illa causa iudex audire recusauerit tunc procurator rei prestari debet de grauamine et appellando. **z.** Sed si procurator rei non habuerit causam rationabilem huiusmodi tunc iudex potest cum ambo partibus concludere in huiusmodi causa et pro cluso habere et ex parte iudex assignet partibus hunc indeterminate ad videndum et audiendum sententiam diffinitiuam in huiusmodi causa ferri et promulgari. Illo termino adueniente procurator actoris dicat sic. Ego procurator ipsius actoris partis aduersae non comparent. ac cluso contumacia. ipsamque contumacem peto reputari. et in eius contumacia sententiam diffinitiuam pro me et parte mea et contra partem aduersam secundum formam petitionis pro me superius oblate in scriptis ferri et promulgari. Sed si procurator rei fuerit praesens potest sic dicere. Ego procurator nomine ipsius B. rei prestor de non consentiendo in sententiam diffinitiuam ferendam ex eo quod causas rationabiles proposui et allegaui in causa huiusmodi. et alias protestor de grauamine et appellando. **z.** vel potest procurator rei sic dicere secundum exigentiam materiei. Ego procurator rei peto sententiam diffinitiuam pro me et parte mea. et contra partem sibi in huiusmodi causa aduersam ex eo quod insufficienter probauit suam intentionem in scriptis ferri et promulgari. **z.** Et sic dicit iudex pronuntiandum ferat sententiam diffinitiuam. Si fuerit pro actore tunc procuratores sic dicant. Ego procurator vice et nomine ipsius A. actoris in quantum huiusmodi sententia pro parte mea et contra partem aduersam facere videtur et non alias tunc pro vos notarium cause huiusmodi mihi fieri publicum instrumentum peto. In quantum vero contra partem meam faceret et pro parte aduersa. tunc protestor de grauamine et appellando. **z.** Ex aduerso si sententia fuerit contra reum seu procuratores rei dicat sic. Ego procurator ipsius B. rei dico huiusmodi sententiam si sic dicit meretur fore iniustam et iniquam et protestor de grauamine. et appellando. **z.** Et infra decem dies ab illo grauamine sententia sic lata debet in scriptis appellari. alias enim sententia transit in rem iudicatum.

Incipit defensorum iuris.

Quia bone rei datur re consilium et praesens habetur vite sublidium et eterne remunerationis cernit expectare pmu. xij. q. ij. c. bone rei. Ideo ego. J. monachus cisterciensis ordinis videns reos propter maliciam actoris fatigari laboribus et expensis. Praesens opusculum de corpe canonum decretalium ac legum collegi potui iuris defensorum illud denotans. eo quod reus per doctrinam contra actorem tueri se valeat exceptores rei viles in eo ponens. Nam exceptiones rei dicitur. ff. de excep. l. ij. Si enim veritas non defensam opprimat. Rogo ergo hominem huius opusculi lectorem ut deum pro me deprecetur. loquor enim nunc pro parte quam loqui non possum. Unde petitio mea est pro lege habenda. ut in auctore. de nupt. xij. q. iij. c. vnusquisque. vbi petitur. Ambrosio. Et sit petitio sua lex. Nam naturalis equitate tenet quilibet de bono faciendo et quod sibi bonum fecit. ff. de petitione. herede. ed. et si. §. consuluit. praesens opusculum. ergo pro re. anulos distinguat ut facilius in eo quod querit inueniet. Et ponit primo registrum.

Tituli istius libri.

- De rescriptis.
- De iudiciis.
- De arbitris.
- Contra actorem.
- Contra procuratorem.
- Contra procuratorium.
- Contra aduocatum.
- Contra libellum.
- Contra testes.
- Contra interrogatoria.
- Contra instrumenta.
- Contra priuilegium.
- Contra testamentum.
- Contra positiones.
- Contra sententiam.
- Contra appellationem.
- Contra electionem prelatorum.
- Contra prescriptionem et usurpationem.

Contra rescriptum

Quibus modis iudicium instantia perit videamus. Iudices alij sunt ordinarij q̄ ab apostolico. vt ecclesiastici vt ab imperatore. vt pote seculares legitimam accipiunt potestatem. alij sunt arbitri q̄ nullam potestatem habent. s; cū consensu litigantium iudices eligunt in q̄s p̄mittunt. vt eoz̄ sn̄ie ste. ij. q. vi. a iudicib; . r. spe. de arbi. Alij sunt iudices delegati q̄b; audiētia prescripta seu alia auctoritate a superiorib; delegat. extra de offi. r. po. in. iudi. dele. p. totū. Unde de exceptionib; contra rescriptum p̄mo videamus.

Contra rescriptum.

Rescriptū diligenter est inspiciendū et considerandū vtrū p̄ suppressionē veri r̄ falsi suggestiones fuerit impetratū. r̄ intellige talem veritatem r̄ falsitatem quā si superior sciuit nō dedisset lras. Et dicendū q̄ tale rescriptum seu autenticū nō valet. nam p̄ceptōez̄ elidit p̄. Itē nō valet si p̄ ius diuinū impetratū fuerit. xxv. q. j. sūt q̄dam. Item nō valet si p̄ ius naturale vel potestati vel p̄ fiscū vel utilitatē publicā fuerit impetratū. xvj. q. vj. placuit. C. vnde vi. le. auctoritatem. C. li. xj. de nauibus nō excu. l. multa. r. xxv. q. j. ideo. Et h̄ verū est nisi de illo canone fecerit mentionē vt appensionē de nō obstare tali lege vt canone. alias p̄ra ius scriptū nō valet impetratū. nisi forte prosit impetranti r̄ nulli noceat ibidē. xxv. q. ij. ca. rescripta. Item si rescriptū papale fuerit impetratū sup̄ re q̄ forū seculare cōtingit nō valet cū effectu. nam p̄ceptōem elidit. extra de fo. compe. ex tenore. r. c. ex parte sic. r. d. appell. sup̄ duob; . et h̄ intellige si sup̄ p̄prietate rei fuerit impetratū. Sec; si sup̄ possessione q̄ sup̄ possessione potest coram iudice sp̄ua li causa ventilari. extra de fo. compe. Ex pre B. de iudi. ceterū. Quidam tñ intelligunt h̄ corā ordinario et non coram delegato. Itē si papa mandat aliquibus iudicib; q̄ exco; municatum absoluant. et de sufficientie cautione prestanda q̄ pareat mandatis ecclesie non fecerit mentionem nō valet. extra de se;

quel. possess. c. ad bec. in fine. quia sufficiens cautio debet prestari. vt lite non cōtesta. quoniā. s. in alijs. Item rescriptum elidit si tempus datū diligenter attendat. extra. c. n. eā te. ff. de p̄ci. imp. offe. l. j. r. l. vniuersis. Et intellige si pro alio impetrauit. pro se enim valet. Idem dicit de quolibet regulari nisi p̄ monasterio suo impetrauit. Abbate nihilominus impetrante. extra de postu. c. ex parte. nec cleri. vel mo. in rubro. Item rescriptū secundo modo impetratum non valet cū effectu nisi de p̄mo faciat mentionē. extra de rescript. ceterum. et extra. de offi. iudi. dele. sane. et. c. ex litteris. hoc intellige quādo ambo rescripta ad diversos iudices dirigunt. secus quādo ad eosdem. vt in dicto. c. sane. eo. n. r. c. j. extra de appell. significauit. si vero in posteriori rescripto fuerit expressa mentio de p̄mo tunc ipso iure non valet p̄mū. extra de sen. et re iudi. inter monasteriū. Item rescriptū non valet si in alicui; iniuriā vel p̄iudiciū fuerit. Et hoc intellige si magna sit iniuria. Itā parua toleratur. xxv. q. ij. nec damnosa. extra de auc. r. vsu. pal. ex tenore. r. de offi. iudi. ord. licet. Et hoc intellige nisi p̄nceps illud rescriptum tanq̄ ex certa sciētia alicui duxerit cōcedendum. Item rescriptū de diuersis manibus scriptum non valet. extra de cri. fal. licet. Item si falsitas ibi fuerit non valet. extra eo. n. ad audiētiā. contrarium habes de fide instrumen. ex parte. Item si carta rasa fuerit et postea ibidem fuerit scriptum. Vel si fuerit scriptura linearis. nō valet cum effectu. extra de cri. fal. licet. de reli. do cum venerabilis. de fide instrumen. inter dilectos. Itē si generale sit rescriptum per speciale derogatur eidem. extra. eo. c. j. de offi. lega. studuisti. Itē si rescriptum sit re iudicata terminatū non valet nisi de illa fecerit mentionē vel nisi de illa sententia infra decendū fuerit prouocatum. extra de sen. et re iudi. inter monasteriū. de fide instrumen. inter dilectos. Itē si rescriptū clerico nō tonsurato fuerit impetratum non valet. nisi post datum tonsure. extra de transac. ex litteris. Item si excommunicat; sup̄ plurib; articulis rescriptis absolutiōn. generalis indistincte s; impetrauerit nō

Contra rescriptum

valz. nisi expresse d' quibus articulo fecerit mentionem. extra d' of. iudi. ordi. ex pte. 7 d' sen. ex. cu. p. ca. no. in tot sunt necessarie absolutio. q' fuerit excoicatus. ut ibi in glo. si. p. p. fi. Item si rescripta seu instrumenta sibi iuricem dicat no. valet. extra d' p. ba. post cessionem. d' si. instrum. scriptura. Item si impetrans nomen suum tacuerit. extra. e. n. ad aures. Item si in scripto no. fiat mentione d' processu vel serie negocii. Item si aliquis processus est factus coram alio iudice no. valet extra de sen. 7 re iudi. inter monasterium. et de cohabit. cleri. 7 mulie. sup. eod. 7 eo. n. dilectus. Item si rescriptum fuerit impetratum. Aliqua privilegia vel pira privilegatas personas. no. valz. nisi de privilegijs fecerit mentionem. extra e. n. cum ordinem. de sen. 7 re iudi. inter monasterium. Item si rescriptum fuerit impetratum ad quoscumque iudices nullo nominato. vel sup. oib' causis nlla expressa non valet. extra. e. n. nonnulli. Item si q's regularis vel monach' rescriptum impetratum sup. administratione ppetuanda. non valet. extra. d' p. fir. vii. 7 inuti. p. recta. Item dignior persona q's est nominata in lris no. p. curari plures sedis apostolice. Item si q's vocet sup. maiorem q's in lris p. nec no. tenet respondere ibidem. Item si maius negocium vel maior persona in literis habeat ut possit impetrans defendere. ad minores tenet q's respondere. d' illud negocium maius vel maior persona pcurata fuerit in iudicio vel venturum ibidem. Item rescriptum in q' decime alic' pfirmat no. valet. xv. q. iij. s. p. scriptio. Item si impetratum fuerit p. possessionem sup. ppetate no. valet. de sequel. possess. c. j. de iudi. significaverunt. Item rescriptum no. valz. nisi illa clausula ibi p. neeat. q' si ita est. e. n. sedes. xv. q. ij. dicent. Item rescriptum no. valet qd' pcuratum fieri altera pte. absente no. p. p. xuma. cia. extra de maio. 7 obe. inter q'tuor. Item rescriptum no. valet si dioc. de quib' reus 7 actor existat ibidem no. nominet. e. n. significate. Item si papa mandat ut Johannes recipiat in ecclesia tale. 7c. et pmo mandavit q' henric' ibidem accipiat. no. valz. nisi secum de lre de p. mis fecerit mentionem. et mandatum h' intellige si idem papa h' mandasset. Sec' si alius papa. e. n. lris. Item habes beneficium quous modicum nisi de ipso fecerit mentionem rescriptum de alio obtinendo

no. valet. e. n. si opponente. 7 multe alie p. d' des subintelligunt. sine q' b' lre no. valent. puta si no. est cleric'. extra de fr. sac. ex. lris. Item si vult ecclesia residere. extra d' cle. no. resi. relatum. Item ut sit dign'. eo. n. cum a deo. Item si in ecclesia tot sustentari possent. de vi. 7 bone. cle. quonia. Item si archiepiscopus vel episcopus creat suam dioc. 7 existens ptra dioc. delegat aliquam cam no. valet. ff. de iur. ord. iudi. l. extra. Item si b' iusta cam excusatio. e. n. si q'n. Item si papa loquitur in rescripto vni psonae in plurali no. valet. q' necunq's ille cui loquitur sit dignitas. extra de cri. fal. q's graue. Item si rescriptum fuerit impetratum sine speciali mandato no. valet. e. n. nonnulli. nisi impetrans sit de illis psonis a q' b' mandatum non exigit ibidem. 7 hec psonae sunt parentes. affines. 7 liberi. ff. de procur. Sed h' exceptio hodie locum habet in audientia lra. non in negocio iudicium. Item si q's irabit ad iudicium extra diocesim ultra vna dietam non valet. e. n. statutum. l. i. vj. nisi litere de comuni consensu p. uis fuerint impetratae. vel nisi de hac p. stituone expressam fecerit mentionem. e. n. nonnulli. Item p. illam clausulam qdam alij no. debet ultra quattuor p. ueniri. extra de rescript. cu. i. multis. l. i. vj. et ille p. sone que nominate sunt in rescripto debent pmo conueniri et alij quattuor in citatorio poni. Item lra. tacita veritate multis modis impetrat. sed no. valet. scilicet dum impetrator tacuit serie facti. extra d' co. ba. cle. 7 mu. sup. eo. Item si tacuit beneficium. eo. n. postu. Item si tacuit iuramentum. eo. n. p. stitutum. Item si tacuit statutum numerum canonicorum. extra de p. ben. pro illorum. Item si tacuit q' p. benda non vacaret. extra de p. cell. p. ben. cu. nostris. Item si tacuit excoicacione. extra de p. cura. an nra p. sentia. Item si tacuit appellacionem ad sedem aplicam factam. extra d' p. fir. vii. 7 inuti. memorie. Item si dicit se breuiter monitorias cu. no. haberet et impetravit executorias no. valet. e. n. ex. in sinuat. Item si dicit se dioces. cu. sit de ciuitate tali. vel contra non valet. eodem titu. rudolphus. et ca. significante. Et h' d' rescriptis sufficiant causa breuiata.

quod alij
p. d' d' d' d' d'
no. m' d' d' d'

Quia p. d' d'
m' d' d' d'
m' d' d' d'

Contra iudices

Contra iudices.

Quia plures esse iudices apparet q̄ tñ d̄ iure eē nō p̄nt. Adcirco p̄ exceptōes iter fere re h̄ placuit. **Excoīcat⁹** iudex eē n̄ p̄t. extra de sen. r. re iudi. ad pbādū. r. d̄ except. dilecti filij. r. c. cū iter p̄orē. r. c. exceptioñ. r. d̄ offi. iudi. de le. p̄udēna. **Itē** si iudex suspect⁹ fuerit poterit recusari. iij. q. v. c. vl. extra de excep. iter p̄orē de appel. postremo. r. c. p̄posuit. Et itelligē si sit suspect⁹ ex cā rōnabili. puta q̄z p̄ sanguine⁹ p̄is aduerse. Et h̄itelligē s̄m ius canonicū tā de iudice ordinario q̄z de legato. **Ordinari⁹** ei recusari p̄t. extra d̄ fo. p̄pe. l. 3. de appel. cū sp̄ali. **Itē** si bz cām p̄silez p̄t vt suspectus recusari. extra d̄ iudi. cām. **Itē** si aduersario multū familiaris. extra de of. dele. in sinuāte. r. de purga. can. cū imminente. **Itē** si sit socius vel canonic⁹ ei⁹. extra d̄ offi. dele. **Item** si sit dñs impetrāñ. eo. n. cām q̄. iij. q. v. accusatores. xj. q. iij. q̄tuor. **Itē** si sit vasall⁹ ipetrāñis xij. q. v. de forma. extra vt lit. p̄test. accedens. **Itē** sit inimic⁹ ei⁹. extra de excep. cū iter p̄orē. r. fere i oib⁹. c. supra allegat. **Itē** si iudex est p̄ sanguine⁹ inimici mei. extra vt lit. nō p̄test. accedens. **Itē** si iudex bz cām cū altera p̄nū p̄t vt suspect⁹ recusari. extra d̄ of. dele. cū sup abbacia. d̄ pur. can. cū i iuētute. **Itē** si actor est d̄ familia iudi. extra vt lit. n̄ p̄test. accedēs r. ff. d̄ iur. om. iudi. l. qui iurisdictioni. vbi d̄. q̄ iurisdictioni p̄est neqz sibi ius dicere d̄z neqz p̄rou neqz liberis. neqz ceteris q̄s secū habet **Itē** si actor est iudex illi⁹ iudicis talis iudex p̄t haberi vt suspect⁹. Tales enī iudices p̄nt refutari. C. d̄ iudi. l. p̄perandā. **Nota** q̄ sec⁹ ē d̄ iure civili. Et sec⁹ ē de iure canonico. oportet enī vt cā suspitōis alleget corā iudice. vt p̄bet corā arbitro electo a p̄nibus. extra d̄ appel. cū sp̄ali. e. n. secūdo req̄ris. **Itē** d̄ iure vō civili nō oportet cām suspitōis allegare nec p̄bare s̄z sufficit dicere. habeo te suspectū. e. n. secūdo req̄ris. in glo. **Itē** si iudex eō iund⁹ de terra ipetrāñs p̄t ab alia p̄te vt suspectus haberi. vt lit. nō p̄test. accedēs. s̄z illa exceptio sola nō sufficit s̄z bñ valet cū alijs. vt no. i d̄ cto. c. **Itē** seru⁹ iudex eē nō p̄t. iij. q. viij. infa-

mis. **Itē** q̄ minor. xvij. annis iudex esse nequeat etiā de p̄sensu p̄nū null⁹ enī delegare p̄t cām minor. xvij. annis. nisi sol⁹ p̄nceps. extra d̄ of. dele. cū vicelimum. r. h̄ ē verū in delegato. **Ordinari⁹** enī nō p̄t eē iudex nisi. xvj. annū attigerit ibidez. r. extra de elec. cū inter. **Itē** si in vna cā fuit aduocat⁹ vel p̄curator postea nō p̄t eē iudex in eadē. ij. q. vi. statutū. ff. d̄ iurisd. om. iudi. l. p̄tor. **Itē** laic⁹ nō p̄t eē iudex in re ecclesiastica. extra d̄ iudi. decernam⁹. r. c. at si clerici. xj. q. i. placuit. **Iudex** delegat⁹ ex q̄ sniaz bñ vel male tulit postea d̄ illa cā se introuitē nō debz. extra d̄ of. iudi. dele. querēt. r. c. venerabilis. r. c. in lris. **Sec⁹** ē de ordi. q̄ sup accessor. potest exp̄sse cognosce re. ff. de re iudi. l. paul⁹. **Itē** delegat⁹ iudex et recusat⁹ p̄bata causa suspitōis p̄t alicui nō suspecto cām subdelegare. extra d̄ appel. cum speciali. r. c. ad h. r. c. cū cessante. in fi. **Nota** dū q̄ si iurisdictioni ad tēp⁹ data fuerit eō trāf acto expirat iurisdictioni nisi d̄ p̄sensu parū fuerit progata. extra d̄ of. iudi. dele. d̄ causis **In** vltimarina dilatōe iudex vltra nouē mēses dare nō potest etiā p̄sententib⁹ partibus. iij. q. iij. §. spaciū. c. inducie. **Item** si p̄prium nomē mulieris fuerat exp̄ssū p̄ mortē ei⁹ nō potest noscere de causa. e. n. cum olim **Item** archiep̄s de causa sui suffraganei introuitē se n̄ debet nisi p̄ appel. causa ad ip̄m fuerit deuoluta. extra d̄ of. dele. cū n̄ ignores. de offi. iudi. ordi. pastoralis. nisi ep̄iscop⁹ fuerit negligens vel iusticiam ne glexerit facere. **Item** per mortem mandatoris ad huc re integra. extra de offi. dele. gratam. r. c. relatum. r. c. licet. **Item** iudex delegat⁹ post annū potest soluere que ligauit. eo. n. querenti. **Item** si fuerint plures iudices vn⁹ citare nō p̄t s̄n alijs nec in causa procedere nisi in commissione dictū fuerit q̄ si nō omēs interesse poterint. Et hoc verū est nisi iudex absens p̄ certū nūcijs vel lrās ostenderit se interesse non posse. extra. e. n. p̄udēna. r. c. causam matrimonij. **Item** surd⁹ lunaticus r. perpetue surrius non potest esse iudex nec mutus. ff. d̄ iudi. l. cum p̄tor. ver. est autē. **Item** mulier non potest esse iudex. iij. q. viij. §. tria. ca. infamis. xvij. q. v. ca. mulierem. ff. de re. iur. l. ij.

Contra iudices

Si strariū inuenit intelligit de p̄suetudine approbata. extra de arbi. dilecti filij. vel a p̄ncipe interpretat. ij. q. v. neminē. Itē nemo p̄t esse iudex ecclesiastic⁹ nisi habeat aliquā dignitatē vel nisi sit i. ecclia collegiata canonicus. nec causa d̄z v̄nulari nisi in ciuitatib⁹ vel in locis insignib⁹ vbi inuenit copia peritorū. nec etiā de cōsensu partū. vt in ti. de resc̄pt. c. statuti. li. vi. et est p̄ciliū Lugdunū. Itē si causa ē cōmissa plurib⁹ iudicib⁹ tūc vno decedēte alij nō p̄t p̄cedere nisi in cōmissiōe p̄tinetur. extra de offi. iudi. delega. c. vno delegato Itē si causa fuerit alteri cōmissa p̄ mādatur facies mentionē de p̄or p̄or iudex nō potest postea cognoscere de illa cā. extra de offi. iud. dele. pastoral. Itē heretic⁹ iudex vel testis esse nō p̄t. extra de hereti. excōicam⁹. Item si causa i. aliq̄ rāgit iudicē potest tāq̄ suspect⁹ recusari. iij. q. v. c. vl. Itē si sit subdelegat⁹ ab aliq̄ delegato nisi delegato p̄ncipis nō valet extra de ap. cū cām. et de offi. iudi. deleg. sup̄ questionū. Itē si sit delegat⁹ in cā criminali s̄m leges nō valet. nisi a p̄ncipe deleget. ix. q. iij. saluo. ff. de offi. procon. l. solent. Sec⁹ ē s̄m canones. extra de offi. iudi. dele. sup̄ q̄stionū Itē subdelegat⁹ esse nō p̄t si causa sibi cōmissa nō p̄tinet ad iurisdictionē delegātis. extra de resc̄pt. sup̄ lris. de pe. et re. q̄ autē. Nam qd̄ sit corā nō p̄tēt iudice nō valz. extra de iudi. ar. si clerici. et de p̄sue. ad nr̄z. Itē si iudex p̄ formā resc̄pti aut iurisdictionē aliq̄ egerit nō valz. extra de resc̄pt. cū dilectis. Itē cui delegat⁹ ē inquisitio vel q̄ p̄uideat alicui eccliesie de p̄lato altero subdelegare nō p̄t et de cōsensu p̄nū. extra de offi. dele. c. vl. et de resc̄pt. cū dilecta. Nota iudex delegat⁹ nō p̄t mādare alterutri p̄nū corā ip̄o p̄sonalitē cōparere nisi in causa criminali. vel p̄ veritate dicēda vel p̄ iuramēto calūnie p̄stādo. v̄l nisi fuerit specialiter demandat⁹. extra de iudi. iuris esse ambiguū et est p̄firmatio p̄ciliū Lugdunē li. vi. bec locū bz in causis p̄uatorū. sec⁹ i causa collegij vel vniuersitatis. extra de p̄cu. c. ij. et. c. qz in causis Itē cui mandat⁹ aliq̄ negociū p̄sonalitē ereq̄ subdelegare nō p̄t. nisi de cōsensu p̄nū in quibusdā casib⁹. extra de resc̄pt. cū dilecta. et de offi. iudi. dele. c. vl. Itē post ap̄

pel. rite factā iudex a q̄ ē appellatū cognoscere nō p̄t de cā. extra de appel. c. j. directe. Item monach⁹ vel canonic⁹ in cā seculari nō p̄t ēē iudex. extra ne cleri. vel mo. s̄z nec. et. c. clerici. Itē si maior iudex negociū reuocauerit minor postea de illo cognoscere nō p̄t. extra de elec. i. causis. ff. de iudi. l. iudiciū. Itē iudex d̄z q̄ mediator ēē inter actorē et reū. xxx. q. vl. c. vl. aliter possz vt suspectus recusari. Nota cautelā debes adhibere vt exceptiones nō s̄t p̄ferāt. S̄z singule in singulis. vt si cadas ab vna p̄cedas ad aliam.

Contra arbitros.

Moniaz arbitria

q̄ ad instar iudicioz s̄t redacta. ff. de recep. ar. l. j. Ideo post tractatū cōtra iudices aliq̄ d̄ arbitros et in q̄s est p̄promissū audiam⁹. Seru⁹ nō p̄t ēē arbiter. ff. de arbitris. l. podi⁹. s̄. in seruū. Itē pupillus furiosus. mut⁹. vel surd⁹. nō p̄t ēē arbiter. iij. q. vij. s̄. tria. ff. de arbi. l. s̄. si in seruū. Itē nec minor. xxv. annis. ibidē. l. si in seruū. et ff. de recep. ar. l. cū lege. Itē in reppa null⁹ p̄t ēē arbiter. ff. de arbi. l. penul. nam arbiter cognoscit ad modū iudicis. Et sententia arbitri standū ē siue sit equa siue iniqua et sibi imputet qui eum elegit. ff. de arbi. l. diem. s̄. stari. Et si ille inique procedit reducitur ad arbitrium boni viri. ff. pro socio. l. si societatem. Item mulier non potest esse arbiter. ff. de re. iur. l. femine. intellige nisi sit femina excellens. vel de cōsuetudine approbata. extra de arbi. dilecti filij. Item si iudex fuerit ordinari⁹ alic⁹ reū eū compromitti non potest. ff. de arbi. l. sed si in seruū. s̄. ij. et hoc intellige s̄m leges. Nam s̄m canones tam in delegatum q̄z in ordinariū compromitti potest. extra de arbi. cūz tēpore. c. cum olim. et de elec. causam. Item in causa criminali vel liberali non tenet arbitriū. extra de testi. ca. de testib⁹. de iure iuran. c. penul. nec in pupillari actione nec i. matrimoniali. ff. e. ti. l. non distinguemus Item si de causis restitutionū. agi. debet ibidem. l. vlt. nisi quādo incidentaliter illa causa mouet. ff. de iudi. l. quonens. Item infamis non

no 277

Contra arbitros

potest esse arbit. iij. q. vii. §. tria. 7. ff. e. ti. pedi.
Itē si q̄s p̄promittit noie alieno nō valet. ff.
eo. ti. l. nō distinguem. Itē si cōpromissū sit
p̄ pupillū sine tutor̄ auctoritate. nō valet. ff. e.
ti. l. si pupill. Itē si sine pena fuerit compro
missū vel sine eo q̄d obtinet vice p̄ ne nō va
let cū effectū. q̄ partes nō tenent seruare sen
tentia arbit. nisi velint si pena nō fuerit appo
sita. C. de arbit. l. j. vel iuramētū; fm canones.
extra. e. ti. cū ip̄e. Tamē bñ valebit l̄ pena nō
sit apposita si pres p̄ sniam tacuit nitate cō
firmauerit et tñ actori dabit actio 7 reo exce
ptio. extra. e. ti. p̄ tuas. C. eo. ti. l. penul. §. i. et. ij.
Itē si cōpromissio claudicat. ff. eo. ti. diem. §.
penul. Item si p̄nūciatio arbitri instrumē
to non sit collecta vel in arbitriū tertij nulla
p̄sona exp̄ssa sit cōpromissū non valet. extra
eo. ti. in otuit. 7. ff. e. ti. l. item si vn. §. si i duos.
Cōtrariū tñ videt̄ extra d̄ ap. cū sp̄ali. So
lutio in causa recusatiōn. a iure p̄cedit assu
mi tertij arbitri. q̄ illi arbitri nō dicunt veri
arbitri l̄ q̄ iudicis vice sapiūt. extra de offi.
dele. suspiōnis. Itē si dies apposita est in cō
promisso ea n̄ facta quicq̄d dicit arbitri nō
valet. extra de offi. iudi. dele. de causis. Item
si die feriata p̄nūciatū fuerit cū altera pte ab
sente nō valet. extra de for. ca. vl. ff. e. ti. l. diē. §.
si q̄s. Itē res ecclesiastica in laicū cōpromit
ti nō p̄t. extra. e. ti. p̄git. 7 de iudi. decernim.
Itē p̄t obijci cōpromissio q̄ solutū sit. Sol
uitur enī plurib⁹ modis puta die. morte. ac
stipulatione. iudicio pacto satisfactione. ff. e.
ti. nō distinguem. §. cōpromissio. Itē potest
obijci q̄ in se non suscepit arbitriū. ff. e. ti. l. iij.
§. j. Itē corā arbitro nō h̄z locū recōuentio.
extra. e. ti. cū dilecti. Itē cōpromissū nō exten
dit ad cōpromittēns heredes si de eis nō ca
ueat. ibidē. ff. eo. ti. l. diē. §. j. Itē si plures arbi
tri fuerit oēs iueresse debet arbitrio. ff. eo. ti. l.
cui. nisi aliud dicitur sit in cōpromisso. ff. e. ti.
l. nō distinguem. §. cū ne plures. Itē p̄t obij
ci q̄ arbitri nō tulit sententiā in sc̄pnis q̄d d̄z
facere. C. e. ti. cū in arbitrio. §. ij. nisi aliud dicitū
sit in cōpromisso. ff. de iudi. l. j. Item arbitri
nō p̄t punire p̄tumacē nisi exp̄ssū fuerit i cō
promisso ibidē. §. vl. nota ea sola veniunt in
arbitrio de q̄b⁹ tactū est vt veniat. ff. eo. ti. l. si

cū dies. §. j. extra. e. ti. cum dilecti. Et tñ cum
de illo.

Contra actorem.

Nunc contra acto
rem videam. Actor ex cōdicat. r. d̄
potest stare in iudicio nec tenet ei
reus r̄ndere. extra de offi. dele. p̄ iudiciā. et ex
tra de except. dilecti. 7. c. cū inter p̄ore. 7. c. pia.
Et de reo ex cōdicato idē dicendū ē q̄ actor n̄
p̄t recōueniri. extra de except. cū inter p̄iore.
vbi 7 exceptio ex cōdicatiōis tam p̄ iudicē q̄z p̄
actorē q̄z etiā p̄ reū semp p̄t opponi tam ante
lit. p̄esta. q̄z post. extra de except. ver. Itē q̄s
ex cōmunicato cōmunicare cogat. ca. excep
tionē. Item reus actori non d̄z r̄ndere si plu
res habeat p̄sonales actōnes p̄tra eundem
coram diuersis iudicib⁹. extra de rescriptis. ex
tenore. et. e. ti. disp̄dia. l. vi. q̄d est p̄silū Lug
dunē. Item si reus p̄tra actorem agere vo
luerit oportet ip̄m sub actoris iudicē litiga
re in modum reconuentioni. Actorēz enī ad
aliū iudicē trahere nō potest ibidem. Item
monachus sine licentia abbatis puenire vel
pueniri nō p̄t. extra de iudi. cām. xvi. dis. pla
cuit. Itē d̄z de abbate q̄ sine lris capli sui ad
mitti nō debet nisi bona fuerint diuisa. extra
de rescript. edoceri. et de reli. do. cu. dilecti. Si
tñ monach⁹ fuerit in scolis causa studij vel
alia iusta de causa de licentia sui abbatis agē
potest 7 respōdere. extra de accu. ex parte. Et
si p̄cussus fuerit existens in tra claustrū ip̄se
nō ager sed monasteriū vel iudicē monaste
rii. nec p̄t tūc remittere iniuriam sibi factam
extra de sentē. ex com. parrochianos. in glo.
Item monach⁹ abbatem in ius trahere nō
potest nisi fuerit a p̄ncipe impetratū. C. de in
iur. vocan. l. j. et. ij. Item fili⁹ sine licentia
patris agē non potest. extra de p̄cura. c. j. Et
fallit i causis castrensi peculij. in sti. de pa. po.
ius q̄d p̄sistit. Item si aliq̄s petat debitū vel
aliud p̄sonale et p̄. xxx. annos nō p̄terat et
potest obijci p̄sc̄ptō. C. de anna. excep. 7 p̄sc̄p.
l. j. §. ad bec. Item ab aduersario si fuero spo
liat⁹ sibi non tencor respondere quousq̄z fue
ro restituit⁹. extra d̄ ordi. cogni. sup̄ spoliatio
ne. de resti. spo. ca. j. 7. iij. q. j. p̄ totum. Item si

Contra actorem

in honestus vel nō secur⁹ locus alicui fuerit assignat⁹. nec tenet rñdere neq; tenet cōpare re. extra vt lic. nō prest. accedēs. Itē clericus nō potest p̄sentire in iudicē nō suū nisi duo cōcurrant scz q̄ iudex sit p̄sona ecclesiastica. ⁊ volūtas dyocef. sui accedat. extra de fo. cō. si diligēt. Itē in causa criminali nō teneor in quadragesima rñdere. C. de feri. l. quadraginta. Itud p̄pter cōtrariā consuetudinem hodie nō seruat. Itē actor minor. xxy. annis nō potest agere in iudicio sine auctoritate tutoris. C. qui legi. p̄so. stan. habet in iudi. l. j. ⁊ ij. Itē in casus in q̄bus minor potest agere sine auctoritate tutoris. P̄sumus est in voto. xx. q. ij. c. j. ⁊ ij. Secūdu⁹ cū agitur de thoro violato. ff. de adul. l. si marit⁹. §. lxx. Tertius cū mortē patris exequit vel cū agitur de testamento patris. xv. q. iij. de crimine. Quart⁹ cū agitur de recuperanda possessione. C. qui le. p̄so. habet stan. in iudi. l. vlt. Quint⁹ cū impetravit veniam etatis. C. de his qui ve. eta. l. ij. Sext⁹ cū agitur de libero homine exhibendo. ff. de lib. homi. exbi. l. ij. Septim⁹ cū agitur negocia alterius. ff. de mino. xxy. an. l. cū mandato. Octauus in causa matrimoniali. extra de restit. spo. c. ex pre. Et in quibusdā casibus q̄ notantur. ij. q. vij. querit. Itē piurus vel alius in famis potest acculare. P̄sumo in crimine symonte. extra de symo. tāta est labes. Secūdo in crimine lese maiestatis. xv. q. iij. c. penlt. extra de cōfes. c. j. Tertio cū suam vel suorū iniuriam p̄sequit. iij. q. vij. omnib⁹. Quarta in crimine hereseos. ij. q. vij. sacerdotes. Itē si fili⁹ agitur cōtra parētes vel cōtra eos sub quorū potestate est audiri nō debz. C. de pa. po. congruenti. Et intellige nisi in castrensi peculio vlt̄ quasi castrensi. ff. de iudi. l. iulia. Itē dicit̄ d̄ filiis emancipatis nisi venia impetret. insti. de pena. te. l. iij. §. vlt. Itē libert⁹ p̄tra patronum agere non potest nisi p̄us venia impetrata. l. ij. C. d̄ in ius vocā. Itē dico de libertis ⁊ liberis contra parentē patronū ve agentibus. insti. de pena. te. in fine. Itē eiusdē luitis consoz si voluerit agere p̄ consozē sine mādato audiri non debet. Eua p̄stita cautione nisi post lit. prest. C. de consoz. eiusdē luitis. l. ij. Itē si actor petit fundū non debet respōde

ri nisi fundo qui petit ostenso. extra de libella obla. c. ij. ⁊ debet exprimi nomen fundi ⁊ nominis vicini fundi. ff. de censu. l. forma. Itē videas quā actionē actor intendat virū sit ipalis vel p̄petua. Si temporalis est ⁊ tps sit transacti intra quod debuisset egisse a modo agere nō potest cū effectu. **C** Itē nota qualiter tps currat contra aliquē. Decē dies currunt cōtra non appellantē. extra de appel. si tibi. ⁊ d̄ electi. cū dilectus. Itē quantum temp⁹ currat contra electū petentē p̄secrationē. c. dil. quoniam quidā. Itē sex mēsum currit in bñficiorum collatione. nā postea collatio deuoluitur ad superiorē. extra de p̄ben. de multa. Itē temp⁹ currit contra electū ad p̄laturam qui infra sex mēses debet petere confirmationem. extra vt lic. non cōest. quoniam. Itē temp⁹ vni⁹ anni currit p̄tra volentē agere actione iniuriarū. quia iniuria post annū intentari non potest. C. de iniurijs. l. si non puicij. Itē temp⁹ currit contra rescriptū papale intellige si impetrās eo vsus non fuerit dum tamē copā iudicis habere potuit. Et cū aduersari⁹ rescriptū impetravit. extra d̄ rescrip. c. si autem. Itē temp⁹ currit in quibusdā casibus q̄ notant̄ extra vt lic. non presta. quoniam am frequent. De hac materia dicā pleni⁹ infra in iuu. de rescrip. Itē q̄ constituit p̄curatorem ad totā causam postea non potest illum reuocare nisi ex iusta causa aut integra adhuc existētē causa. ff. de p̄cura. l. ante litem ⁊ l. se. Itē actor q̄ fec̄ citari ad aliquē t̄minū aduersariū veniētē reo si non venit actor cōdemnet̄ in expēsis. extra de do. ⁊ p̄u. actor. l. ij. **C** Itē si mulier velit agere noie filij vlt̄ aliterius audiri non debet nisi sit tutrix. de reg. iu. l. femine. Excipiunt̄ quidā casus. ff. de procurat. l. femine. Itē laic⁹ nō potest clericū accusare etiā in causa criminali. nisi suā vlt̄ suorum iniuriā p̄sequat̄. extra de testi. de cetero. Itē p̄spiratores ⁊ inimici capitales in nulla causa ad accusatōz admittunt̄. extra d̄ simo. licet. r. q. j. p̄spirationū. Et tantū de isto

Contra procuratorem

Superius contra

actorem dixim⁹. sed q̄ actor p̄curat

Contra procuratorem

ratozem sepe experit. ideo nūc p̄tra pcurato-
rem. Videam⁹ p̄mo q̄s sit pcurator q̄s ico-
nomus iudic⁹ vel actor. **Procurator** est q̄
aliena negocia mādato dñi gratuite admini-
strat. ff. de p̄cu. l. i. **Iconom⁹** cui res eccliaſti-
ca gubernāda mādāt. lxxix. di. q. i. q̄busōā
Sindic⁹ dicit⁹ defensor cleri v̄l collegij. ff. q̄
cui⁹ q̄s vniuersi. l. i. **Actor** dicit⁹ similiter q̄ ab
vniuersitate cōstituit. vt in. l. p̄allegata. **Itē**
iure canonico sepe vn⁹ pro alio ponit. i. q. ij.
saluator. extra de p̄cu. q̄a in causis. **Si aliq̄s**
pcurator fuerit excōicat⁹ nō valebit. extra d̄
pbat. post celsi. 7 de offic. iudi. dele. p̄uideriaz
Itē si sit p̄stitut⁹ ab excōicato potest repel. ex-
tra d̄ p̄cu. c. v̄l. **Itē** nisi pcurator habeat vbi
p̄neat exp̄ssa illa clausula de ratibabuōe. q̄s
uis habeat lrās pcuratorias generales p̄t
repelli. extra de p̄cu. c. j. de reli. do. cū dilectus.
de offic. iudi. dele. corā. **Et** hoc intellige nisi vel
let dare cautionē fideiussoriā. **Itē** pcurator
quādoq̄s habeat mandatū speciale. extra de
arbi. p̄tuas. **Itē** solutionē debiti recipere non
potest nisi ad h̄ habeat mādātū. ff. de solut. l.
vero. 7 hoc intellige nisi ei sit mādātū oim bo-
noy administratio generalis. in ſi. de rez di-
ui. §. nihil. **Itē** nō potest liberare debitozē abs-
q̄ mādato speciali. ff. de accep. l. iij. **Itē** iuras-
mentū deferre nō potest nec offerre sine speci-
ali mādato nisi fuerit generalis pcurator. ff.
de iureiurādo. l. i. iusiurandū. **Itē** oportet q̄
petrans in litteris papalib⁹ habeat mādātū
speciale. extra de rescrip. nōnulli. **Itē** si p̄posi-
tus abbas vel q̄libet p̄latus ecclie p̄stituit p̄-
curatozē sine cōsensu puenius sui vel capitu-
li. nō valet. extra de arbi. p̄tuas. 7 extra de re-
scrip. edoceri. **Et** intellige cū ista distinctiōe
q̄a aut bona sunt distincta tunc valz. aut nō
tunc nō valet. vt in p̄dicto. c. edoceri. de rescri-
p̄. **Item** mulier pcuratrix esse nō potest. iij.
q. vij. §. tria. ff. de re. iur. l. femine. **Excipiunt** tñ
casus in quib⁹ mulier pcurat⁹ potest esse
Dum rōe administratiōis si forte est ab-
batissa. extra de p̄fir. vii. cū dilectus. **Secūdo**
quādo cōstituta est in rem suā. C. de p̄cura. l.
q̄a absente. in fine. **Tercio** quando mandate
vel cōcesse sunt sibi actiones. C. de p̄cura. l. q̄
absente. **Quarto** quādo mulier officio tuto-

ris fungi potest. ix. q. i. c. penul. **Quinto** qñ fe-
minis p̄ parentib⁹ languentib⁹ agere p̄mit-
tunt. ff. de p̄cu. l. feminis. **Sexto** licitū est ma-
trem p̄ filij libertate iugare. ff. de libe. causa. l.
amplius. **Itē** minor. xv. annis pcurator eē
non potest. ff. de p̄cu. l. minor. **Itē** si p̄stitut⁹
sit minor non valet pcuratio sine autoritate
tutoris. C. e. l. negz. **Exceptis** casibus notatis
supra cōtra actorē. **Item** si sit alicui obiectū
crimen criminaliter pcurator esse nō potest
quousq̄ innocentē se ostēdat. vel post annū
obiecti criminis. C. e. ti. l. reum criminis. ex-
tra de accu. ep̄s. 7. c. cum p̄. māconella. **Item**
in causa criminali cū agit criminaliter p̄cu-
rator p̄stitui nō potest. v. q. iij. in criminalib⁹
extra de accusa. veniēs. tñ in q̄busōā casibus
p̄stituit pcurator ad excipiendū. **Itē** miles
nō potest cōstitui pcurator. C. de p̄cura. l. mi-
litem. 7. l. q̄ stipendia. **Itē** intellige nisi in rem
suā. **Et** intellige de militibus q̄ de publico so-
larium accipiunt 7 q̄ iurāt cōmunicare rez p̄
republica. vt in. l. q̄ stipendia. **Itē** si pcurator
a pcuratore fuerit substitut⁹ nō valet nisi p̄-
lit. p̄test. ab eo q̄ habet mandatū ad totā cau-
sam. C. de p̄cura. l. nulla. in ſi. extra d̄ rescrip̄.
ex p̄te decani. in ſi. 7 in glo. circa finē. **Et** h̄ ve-
rum est nisi fuerit matri sue dat⁹. C. de dona.
l. illam. **Itē** si pcurator actoris voluerit caue-
re de rato defendēdo si recōueniat potest re-
pelli q̄zuis habeat mandatū vel lrās. ff. de p̄-
cur. l. non solū. **h̄** vez est nisi sit pcurator ex
causa nō lucratiua vel necessitate 7 nō fraus
dis. ff. de p̄cu. l. nō solū. **Itē** marit⁹ si habeat
litteras p̄cur. ab vxore nō debz admitti i alij
quia qd̄ in vno p̄mittit in alijs p̄hibet. C. eo.
ti. l. maritus. **Itē** si duo pcuratores dati sunt
diuersis ep̄ib⁹. p̄mus nō valet. extra co. n. nō
iniuste. **Itē** pcurator in causa populari in-
terueniēte nō potest. nisi q̄ntū tāgit p̄uatū
cōmodū. **h̄** vez est ex p̄te actoris. **Sec⁹** i reo
q̄ potest pcuratozē p̄stituire. ff. de popu. acti.
q̄ populari. **Item** si pcurator ad vnā speciē
cōstitutus trāsgredit mandatū. audiri non
debet. extra de offic. iudi. dele. cum olim. C. de
transac. l. trāsfactionis. **Itē** in litteris p̄cura-
tor p̄neri debet ad qd̄ pcurator sit p̄stitut⁹
p̄ua ad agendū vel defendendū. extra de

Contra procuratorium

procura. p̄stitutus. **I**te monach⁹ canonicus regularis et omnes ad sacros ordines promoti et qui de ecclesiasticis beneficiis sustentant probent esse procuratores vel aduocati nisi i casibus. extra de postu. p̄ totu. extra ne cle. l. monachi. p̄ totu. xvi. q. i. placuit. In casibus enim istis bene possunt. scilicet pro miserabilibus personis. pro ecclesiis suis. pro personis iunctis dum necessitas imminet. iij. q. vii. §. tria. Similiter monachus presse procurator in causis monasterii abbate imperate. extra de trasac. d̄ingat. **I**te platus depositus procurator potest esse. iij. q. vii. §. tria. Item procurator satisfacere debet nisi dominus fideiussor existat iudicatum solui sub hypotheca re suaz. ff. eo. u. l. filio procurator. Item procurator non valet ubi dominus moratur rei integra. extra de offi. dele. gratum et relatum. **I**te nota supra titulu p̄ra actoris de filiofa. Item si duo procuratores simul dati nisi dentur in solidum alter sine altero agere non potest nec defendere. **I**te procurator hereditatis ab iudicari non potest. ff. de acq. bere. l. Paulus. **I**te infamis non potest esse procurator. iij. q. vii. c. infamis. extra de iudi. c. cum deputari. Item potest obijci procuratori qui recepit pecunias pro procurando non tanquam locator qui locauit operas suas. ff. man. l. i. §. i. ubi dicitur. Cum mandatum vero recepit gratuitum tanquam procurator recipere non debet. ibidem in glo. §. non sue. Item in gratia prohibet esse procurator. iij. q. i. prohibetur. **C**ontra yconomum dici potest quod debet p̄stitui auctoritate episcopi vel p̄lati. ix. q. iij. cum sim. extra de syndico. c. unico. et debet esse clericus in spiritualibus in temporalibus autem potest esse laicus. lxxvii. dis. i. in gulis. **I**te yconomus debet esse de gremio illius ecclesie qua p̄stituit. aliter non valet. xvj. q. vlti. quonia. lxxix. dis. quia. **I**te syndicus et yconomus repelli non possunt nisi a tota vniuersitate cum a duobus prius fuerint constituti. ff. de iur. iur. l. nulli. §. i. Item nisi constituat ad presentes lites non valet ibidem. unde persus. Est procurator syndicus actor tutor et ycos.

Contra procuratorium

Dist tractatu contra
tra procuratoris modo procurator

rii videamus. **S**i quis dicit se esse illum latozem presentium de qua littera facit mentionem non erit procurator talis quia in re p̄pua nemo testis idoneus reperitur. iij. q. iij. c. ff. de testa. tuto. l. duo sunt. Non enim est credendum ei qui se assueverat eum de quo littera facit mentionem. quia quilibet contra se testimonium ferre potest. pro se vero non. qm. xiiij. q. ij. c. ij. Item non potest constitui procurator nisi dominus iurauerit de calumnia. C. de iur. iur. propter calu. dan. l. i. §. sin aut. **C**um ergo dominus non iurauerit de calumnia non valet procuratorium. Item p̄ra instrumentum obijcitur quod isti littere non est credendum nisi iura territorium eiusdem iudicis a qua emanauit. quia extra territorium ius dicenti impune non parci. ff. de iur. om. iu. l. vlti. **I**te iudici non est credendum nec ipse admittet ad testimonium ut testis nisi tanquam p̄uata persona. ergo nec eius instrumentum erit credendum. quia si principale non valet nec accessorium. de fide instrum. inter dilectos. **I**te in litem eandem vim obtinet instrumenta et depositio testium. C. de fi. instrum. l. an exercendis. sed testimonio illi non crederet ergo nec eius instrumentum. **I**te obijci sibi cauio quod loquitur indistincte. quia non dicit cui promisit. vtz ei a qua littere emanauerint. vel p̄i aduersae. vel ei ad quem veniit si cauio indistincte loquens nullus est momentu. ergo nec illa valet. ff. de p̄ba. l. qui. **I**te si dicit quod promisit procuratori promissio est nullus valoris neque sonit effectum. quia non sequit dano. et sic est nuda. sed ex nudo pacto non fit actio. ergo nulla est promissio. ff. de pac. l. tur. genui. §. sed cum. **I**te si dedit ei potestatem iurandi de calumnia non valet. quia principale est potestatis. de iudi. pastorat. **I**te si dat ei potestatem procuratoris substituendi p̄stat quod an licet. p̄test. non potest. quia non est dominus lites. ergo si potest constituere p̄stituat potestatem licet. p̄test. hinc posset facere sine mandato. ergo supflue ponit hanc clausulam procuratoris. **I**te dominus non potest constituere nisi si certum procuratoris. ff. de procur. l. ij. **S**i nemo potest potestatem iuris in alium transferre quia ipse habet. extra de iurepa. c. iura. ff. de reg. iu. l. nemo. ergo nec procurator potest procuratoris in incertum constituere. **I**te dat ei potestatem facendi oia que ipse faceret si prius esset. **S**i dominus potest constituere procuratoris an licet. p̄test. ergo et procurator. quod

Contra aduocatos

falsum est. ergo inepte ponit bec clausula
Itē procurator p̄mittit dominū suū ratūz ba-
bituz. ergo p̄mittit falsum z alienū quod nō
potest. q̄a iura bec verant. ff. de ver. oblig. l. stu-
pulationū. Itē si ponit bec clausula ratū ba-
bituz q̄d quid p̄ dño dixerit procurator. nō va-
let ad faciendū. q̄z cōstituit ad dicitū. z ita iu-
diciū claudicat q̄d nō d̄z. extra de excep. cū in
ter priorē. Et tantū de procuratoro

Contra aduocatos

Quia aliquādo ad

causas vocant q̄ aduocati iuris esse
prohibent. Itē cōtra aduocatos nūc videat
Et p̄mo q̄d sit aduocare siue postulare. Est
eni desiderū fratri vel amico in re apud eū q̄
iurisdictioni p̄est exponere vel alteri^o deside-
rio contradicere. ij. q. vij. c. infames. Surd^o ce-
cus mutus siue p̄petuo furiosus. minor. xvj.
annis nō possunt esse aduocati. ibidē. z ff. de
postu. l. j. Itē heretic^o iudeus vel ali^o infidel^o
cōtra xp̄ianū non potest aduocare. extra ne
de. vel mo. quasi p̄ totū. de postu. ex pte. z itel-
lige nisi in casib^o d̄ q̄bus supra. c. p̄tra procu-
ratorē In sacris vel minorib^o ordinibus cō-
stitutū dūmō b̄nficio ecclesiastico sustentē
de aduocatioe corā iudice seculari p̄t repelli
p̄by. et etiā corā iudice ecclesiastico nisi p̄ se
ip̄o vel etiā p̄ miserabilibus p̄sonis. extra de
postu. c. j. z ij. z. ij. q. vij. c. infames. vbi plene d̄z
que p̄sone possunt p̄curare z que nō
Itē null^o cleric^o debet aduocare corā iudice
seculari. extra ne de. vel mo. p̄ totū. z intellige
maxime in causis criminalib^o z in causis san-
guinis. Itē p̄caibus. i. garrulis z improbis
p̄bitū est aduocare. C. de postulā. l. q̄squis.
z C. de alleffon. l. vl. Itē infamis nō p̄ aduo-
care. ij. q. vij. infamis. §. tria. exceptis his q̄ h̄
enumerant. Itē excōmunicat^o aduocare n̄
potest. extra de bere. excōmunicam^o Itē
nec publice pugnātes. ij. q. vij. infames. §. utē.
Itē mulier aduocare n̄ potest. ij. q. vij. §. tria
z illud vide. Itē aduocat^o stare debet ipe ad
uocatiois. C. de postu. l. q̄squis. in fi. z non debz
iterare q̄d semel fuit pozat^o. de appell. l. vltima
Itē si q̄s aduocat^o admonit^o a iudice v̄l ali-
cui p̄sone p̄stet patrocinū z nō obtemperat

potest repelli nisi se rōnabili causa excusaue-
rit. ij. q. vij. infamis. §. tria. Itē null^o debz esse
aduocat^o nisi perinā habeat litteralē. C. d̄ ad
uo. diu. l. nemini. z. l. i. ubem^o. z. C. de postu. l.
ij. Itē tabellio vel seru^o non debet aduocatio-
nis officū exercere. C. de postulā. l. nec ceteros
rum. C. de tabellari. l. generaliter. Et bec d̄ ad-
uocatio sufficit

Contra libellum

Quoniam ad actoris

petitionē cognoscenda; in iudicio
libell^o offerat q̄nq; obscure q̄nq; v̄
epte. Ideo videndū est q̄d sit libell^o z ad q̄d
offerat libell^o. Est eni petitiō actoris scripta
cōtinens nomē iudicis actoris z rei. z rem q̄
petit. z causam petēdi. extra de libel. ob. c. ij. z
ij. Libell^o offerit ad hoc vt reus valeat deli-
berare virū velut p̄tendere vel lu. cedere. ff. de
eden. l. j. in p̄n. Itē de oro. xx. dierū inducie ad
deliberandū post libelli oblationē cōcedunt
ij. q. ij. §. spacū. Libello potest q̄s obijcere q̄
nō tenet respōdere nisi nomē iudicis z acto-
ris z rei z res q̄ petē p̄tineat. ff. de rei vend. si
in rem. z ibi debet p̄neri dies mēsis z ann^o
dati libelli. ij. q. ij. §. spacū. Et hoc intellige i
causis criminalib^o. Itē si libell^o obscur^o fue-
rit nō debes ei respōdere. extra de testi. cū cla-
mor. de dilat. cū lutere. Itē si non cōtineat
causam vel actionē petēns cū valet. extra. e. ti.
c. ij. z. ij. Itē libell^o generalis reprobat. ff. diu-
re fil. l. ita. q̄a generalitas petit obscuritatem.
ff. de pac. l. veterani. z de solut. l. cū stich^o
Itē in actione reali reprobat nisi p̄p̄iū nomē
fundi exprimat vel nisi actio ad oculū osten-
dat. Et si nomen p̄p̄iū nō habet duo primi
nominent. extra. e. ti. c. ij. Itē si petit auz v̄l ar-
gentū debet exprimi materia z pond^o. Si fu^o
debet exprimi nomē ei^o. Si pann^o color debet
exprimi. si animal debet exprimi a sin^o v̄l bos. z
virū sit alb^o vel niger. Si aliqua res mēsure
bilis petat vt vinū debet exprimi q̄t mēsure pe-
tant. Itē si petit cyphus vel aliud vas debet
exprimi forma v̄z sit rotundū vel q̄dratum
vel cū sculptura. ff. de rei ven. l. si in rem.
Itē si libell^o inept^o fuerit potest reprobari et
actor nō d̄z admitti. extra de iudi. examiatā

*Itē si
aduocare
postulat*

Contra libellū

